



Specimen litterarium inaugurale, exhibens conspectum comoediae veterum atque origines rei scenicae recentiorum

<https://hdl.handle.net/1874/320224>

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

EXHIBENS

CONSPECTUM COMOEDIAE VETERUM,

ATQUE

ORIGINES REI SCENICAE RECENTIORUM.

THE
HISTORICAL
AND
STATISTICAL
ACCOUNT
OF
THE
COUNTY
OF
DUMFRIES
AND
GALLOWAY
IN
SCOTLAND
BY
JAMES
WATSON
ESQ.
OF
DUMFRIES
1847

CONSTITUTIONAL HISTORY

ORIGINS OF THE SERVICE

14

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,
EXHIBENS
CONSPECTUM COMOEDIAE VETERUM
ATQUE
ORIGINES REI SCENICAE RECENTIORUM.

QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. LITT. HUM. ET PHIL. THEOR. PROF.
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET
LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus
SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM
HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS

AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

DEFENDET
FRANCISCUS CLEMENS SOER,
Zutphaniensis.

DIE XXIV M. JAN. MDCCCLII. HORA I.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD P. W. VAN DE WEIJER, TYPOGR.
MDCCCLII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1900

CONSTRUCTION OF THE UNIVERSITY

ORIGINES ET SCIENTIAE RECENTIORUM

ANALYSE DE LA

CORRECTION GÉNÉRALE

LA BIBLIOTHÈQUE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE

PLANCHE CLASSE 2000

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PLANCHE CLASSE 2000

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1900

VIRIS AESTUMATISSIMIS,

AMPLISSIMO

J. B. HENGST,

CONSULI BOXMERENSI,

AD CURIAM SECUNDAM ORDINUM GENERALIUM DELEGATO,

NOBILISSIMO

VAN SASSE VAN YSSELT,

CURIAE PRIMAE ORDINUM GENERALIUM ADSRIPTO,

CONSULTISSIMO

J. G. HERMANS,

SCHOLAE BOXMERENSIS CURATORIBUS,

SACRUM.

VIRI ANTIQVI TITIVM

J. R. HENST

VAN SASSE VAN YSBELT

J. G. HERMAN

PROOEMIUM.

Tandem tempus diu et valde exoptatum, tempestatibus autem, quibus jam a puero vita mea conflictata est, nonnumquam ex oculis remotum, mihi adest, quo aditus ad summos, qui proponuntur litterarum studiosis honores, aperitur.

Non raro equidem mihi dixeram illud Flacci:

*O navis! referent in mare te novi
Fluctus? O quid agis?*

Propemodum enim a cursu deflexerat navigium, cum subito quasi e somno excitatus, favente aura, mihi ejusdem illud dictitabam:

*Fortiter occupa
Portum!*


Peracto igitur examine Academico, horis subsecivis, quae mihi a variis muneris negotiis vacuae relinquebantur, hanc dissertationem conscripsi, quae ut aequis iudicibus non plane displicitura sit, vehementer opto.

Quod ad argumentum attinet, quod mihi tractandum

sumpsi, tam amplum illud est, ut, si rite explicare voluissem, tenui volumine haud comprehenderetur. Ideo praecipuas tantum partes carptim tangens, de dramate Graecorum strictius, de comoedia Romana paullo fusius egi; denique de scena medii aevi quaedam vulgo minus nota attuli, de iis quae restant, Deo annuente, oblata opportunitate uberius et accuratius aliquando acturus.

Quodsi benevolus lector plura forsitan in hac diatribe requirat, quae diligentius et limatius explicari potuissent, illud, quaeso, reputet me, quum rerum mearum ratio postularet ut legi satisfacerem, jam per quadriennium Academiae spatia reliquisse, et ab eo tempore mihi variis occupationibus curisque districto defuisse tempus et facultatem fontes adeundi et singula accurate pertractandi, quae ad propositam materiem spectant. Quare temporibus cedere coactus, feci ut potui, non ut volui.

Ceterum non possum quin hac occasione sincero animo gratias agam praeceptoribus, viris clarissimis, quorum doctrinae, indulgentiae et humanitati quantum debeam, ut penitus mihi habeo persuasum, ita pia semper mente recordabor.



EXORDIUM.

Medio saeculo undevicesimo, saeculo illo quod ingeniorum lumine tantopere se extollit, in Francia, dum ibi invalescit popularis potestas, vel potius dicam, dum ochlocratia summa rerum potitur mox in militare imperium abitura, urgente necessitate, lex est perlata qua immodestia, petulantia et lascivia, quibus comoedia laborabat, coerceretur.

Nec vero in patria tantum summi Molieri, auctoritate publica et censura in dies crescens scenae lascivia fuit reprimenda, in Italia quoque, ubi favor histrionalis quasi innatus est, severiori etiam freno theatra fuere compescenda. Idem obtinuit in Germania et per omnes fere cultiores Europae regiones.

Taceamus de scena patria. Qui curam gerunt ephemeridis, quae dicitur *de Kunstkronyk*, diu frustra ad scenicam poesin instaurandam praemia proposuere optimae

comoediae vel tragoediae auctori 1), ac nuperrime, die XX Maji, e regis augustissimi mandato, qui quantopere ars scenica degeneraverit sensit, virorum eruditissimorum collegium, praeside nobilissimo poeta J. van Lennep, designatum est, quod indicaret remedia, quae inservire possent scenae patriae restituendae 2); atque eodem hoc mense magistratus Amstelodamensis jussu, summa cum omnium bonorum approbatione (si eos excipias qui populi mores parum curant, non animadvertentes quantum illi valeant ad rempublicam conservandam), *Claudia* fabula Georgii Sand scena exclusa est. Itaque, ut olim in Graccia, sic nostro quoque tempore.

in vitium libertas excidit et vim

Dignam lege regi.

Talia considerans, quum jam prius id consilium cepissem, in opinione sum confirmatus, operae pretium fore arbitrans de natura et indole comoediae, tam apud veteres quam apud recentiores, quaedam in medium afferre, et hoc consilio historiam rei scenicae breviter percurrere. Primum igitur notabimus originem, progressus et efficaciam comoediae apud Graecos; deinde ad comoediam Romanam transeuntes, indicabimus hujus primordia domestica; tum explicabimus causas quare comoedia proprie sic dicta apud illos parum exulta sit, quare Plautus et Terentius Graecorum fabulas in Latium transtulerint, et quomodo post eos cum comoedia actum sit; postremo comoediae recentioris originem, adumbranda imagine spectaculi quale medio aevo fuit, declarabimus.

1) Idem fecit haud longo abhinc tempore *Societas litteraria Belgica*.

2) Conf. Diarium *Het Handelsblad*, Mensis Maji 1851. N°. 6078.

In his quantum potui semper distinxi comoediam a ceteris scenicae poësis formis; ubique tamen praesertim in extrema parte id facere res non sivit.

Quodsi hac mea scriptione aliquid profecerim ad Thaliae munera purganda, vel saltem si nonnullos ad id attentos reddiderim, non frustra me hunc qualemcumque laborem suscepisse querar. Neque enim artem comicam vel dramaticam ad vitam et mores accommodatam, genus jocandi, ut Cicero dicit 1), elegans, urbanum, ingeniosum, facetum, sed genus illud illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum, vitia denique quae nunc fere sunt comoediae communia, deleri volumus.

His paucis praemissis jam ad ipsum argumentum accedimus.

1) Cic. *de Off.* l. 29.

DE
COMOEDIA GRAECA.

»Omnis quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio a definitione debet proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur” 1). His verbis Cicero optimam proposuit regulam nemini profecto de aliqua re disputationem inchoaturo obliviscendam. Comoediae etiam definitionem, quatenus ea universe definiri possit, ex eodem Cicerone adumbrare lubet. Comoediam dicit imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis 2); alio loco addit, »in qua effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostrae vitae quotidianae videmus” 3). Quae tamen definitio, si rite attendas, comoediae novae tantum convenit, quippe

1) *De Off.* I. 2. in fine.

2) Cic. apud Don. in vita Terentii.

3) *Pro Rosc. Am.* 16.

quae sola apud Romanos obtinuerit. Proprie τὸ γέλοϊον sive τὸ κωμικόν tam materies quam scopus fuit comoediae, ad quod movendum in comoedia antiqua argumenta sumebantur e vita tam publica quam privata, quo sponte factum est ut haec magis satyrica esset et in parodiam deflecteret 1). Quidquid est, ex allatis satis perspicuum fit, comoediam, quamquam variis temporibus varia fuit, tamen ludicra et ridicula semper spectavisse sibi prava imitanda proposuisse.

Jam primum quaeritur, unde vulgaris illa vox *comoedia*, quae nunc in omnium ore est, nomen traxerit? Fatendum hac de re in diversas sententias discedere doctos, et quamvis, ut quisque acutissime rem dijudicaverit, ita facillime ei fidem habeamus, hic ut in aliis plurimis, res pro certo statui nequit. Sunt enim qui *κωμῳδίαν* ducant a *κῶμος*, unde *κωμάζειν*, ergo a *commis-sando*; alii vero a *κώμη* et *ῥῆδῆ*, quasi sit *ῥῆδῆ ἐν κώμῃ*, (*een dorpsgezang*), qualia etiam nunc per mundinas in pagis vulgo cantantur. Harum interpretationum posterioriorem tutatus est W. Schneider Orig. Com. Graec. pag. 4 sqq.; prior vero probatur a multis et praestantissimis auctoribus qui in vocis origine explicanda occupati fuerunt. Est scilicet *κῶμος* hilaris pompa sive incessus, qui in Dionysiis tam *in urbe*

1) Conf. Cramer in Anecd. T. I. pag. 4. 23. »Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ κωμῳδία μίμησις πράξεως καθαρωτέρας, παθημάτων συστατικῆ τοῦ βίου, διὰ γέλωτος καὶ ἡδονῆς τυπούμενη — καὶ πλάσματα περιέχει βιωτικῶν πραγμάτων καὶ ὅτι τῇ μὲν τραγωδίᾳ σκόπος τὸ εἰς θρήνον κινήσαι τοὺς ἀκροάτας, τῆς δὲ κωμῳδίας, εἰς γέλωτα.

quam *in agris* praesertim post vindemias institui solebat, 1) in quo juvenus liberiores canebat cantilenas quibus possim etiam obvios proscinderet. Qui talem pompam sequebantur dicebantur τῶν κώμου ἀοιδοί (cantatores pompae). Inde factum est verbum κωμῳδία et nomen κωμῳδία.

Equidem iis quae ad hanc sententiam probandum attulerunt Thiersch, Pindarus Werke, Th. I: 114. Boeckh. Staatsh. II. 364. Passow in Lex. Graec. v. κῶμος et κωμῳδία. Ritter in Comm. ad Aristot. Art. Poet. IV, facile adductus sum, ut haec explicationem alteri quam Schneider defendit, anteponerem.

Aristoteles l. l. e choris phallicis in Attica usitatis prodiisse comoediam, quemadmodum e choris dithyrambicis exstitisse tragoediam expresse nobis narrat. In honorem autem Bacchi varia festa celebrabantur, quae ad Dionysum vel Eleutherium vel Lenaeum referebantur, quorum tamen praecipua τὰ μεγάλα Διονύσια (τὰ κατ' ἄστυ, ἐν ἄστυ, ἀστικά etiam dicta.) Dum haec agebantur tempus ac locus erat ludis et jocis saepe cum lascivia junctis. Instituebatur φαλλοφορία, quam pompam nobis describit Schoell. Gesch. der Griech. Litt. I. 9. p. 215. Inago numinis phalli in modum (quod erat signum membri virilis et fecunditatis symbolum) e templo magna comitantium caterva in Limnas, in sacellum quoddam prope Academiam extra urbem ducitur; virgines ministrantes deo offerunt primitias terrae in canistris auratis; festum cum magno tumultu et lascivia

1) Etiam quum cada vini aperiebantur, quod festum Graecis dicebatur τὰ πιθοίγια.

peragitur; inter pompam obscoena carmina canuntur, dum praefertur phallus, quo in sacello posito, populus in Ceramico effusus se tradebat gaudiis 1).

Iisdem festis diebus, quae cum nostris nundinis et ferialibus (Kermis, St. Nikolaas, Karnavalsfeesten enz.) quodammodo comparare licet, quo tempore multis *dulce furrere* uti Horatio videtur, juvenes festivi, rustici et oppidani, plaustris vehebantur per urbes, vicos et agros, petulantia carmina canentes ac dicacibus jocos et ludibriis spectatores oblectantes 2). Ex his autem ludicris, addito diverbio et actore (*ἑπεισόδιον* et *ἀγωνιστής*) paullatim, *κωμῳδία* exstitit propria, postea agi solita iisdem diebus festis et eodem fere modo ut *τραγωδία*, quae e choris dithyrambicis nata, argumenti gravitate, poësis sublimitate et formae dignitate a comoedia plane dispar fuit.

Quaecunque autem sit nominis *κωμῳδίας* origo, et sive illa Megaris sive in Sicilia sive in Attica nata sit, illud manifestum est, comoediam e Dionysi sacris ortam fuisse, quod ipsum declarant quoque comoediae chori.

Hic forte locus esset de Dionysi sacris tam publicis quam

1) Conf. Herod. II. 48, quo loco etiam depingitur tale festum Dionysiacum apud Aegyptios. »Τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι ὅρτην τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χορῶν κατὰ ταυτὰ σχεδὸν πάντα Ἑλλησι. ἀντὶ δὲ φαλλῶν ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχναῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας γυναῖκες, νεύον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῶ τέφ ἔλασσον ἐν τοῦ ἄλλου σώματος. προηγείται δὲ αὐλός· αἱ δὲ ἔπονται ἀεῖδουσαι τὸν Δίονυσον. διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰδοῖον καὶ κινεῖ μούνον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρῶς λεγόμενος.

2) Ejusmodi ludi memorantur quoque apud nostros in medio aevo usitati *Hage-Wagen-* et *Tafelspelen* dicti, qui primordiorum comoediae graecae magnam similitudinem referunt.

privatis paulo fusius disserendi, quum hic quasi fons fuerit, e quo originem traxit comoedia. Plurimi autem et notissimi auctores tam antiqui quam recentiores de his festis copiose et accurate egerunt. Cui non innotuerunt praeter lascivos illos choros plaustri vectos cavillantes, Maenades lymphatae, Bacchae farentes, temulenta orgia et Bacchanalia nocturna, quorum turpis libido et infamia in proverbium abiit? 1) Attamen in honorem humani generis praedicamus, probe esse distinguenda sacra Dionysi privata et ea quae publice in ejus honorem instituebantur, quae quamquam lasciva, numquam tamen ad eam turpitudinem sunt delapsa, atque de his tantum sermo est. Sed nolumus digredi a scopo: qui plura velit adeat auctores, 2) et de hoc cultu, qui latissime apud omnes antiquitatis gentes, potissimum autem inter Graecos invaluit, quique ut artium studiis magnopere profuit, ita moribus subinde valde obfuit, haud multa desiderabit. Sacram fuisse apud veteres comoediae originem, ad nostram disputationem indicasse satis sit.

Primi memorantur comici poetae Susarion, qui, quod de Thespide perperam narrat Horatius, plaustro vehebat actores; praeterea Magnes, Evetes, Euxenides, alii, quorum apud Diomedem grammaticum et Suidam fit mentio. Non est quod in his parum notis moremur, neque ad partes a me susceptas pertinet ipsa theatra attendere, v. c. quando primum exstructa sint, qualia

1) Inter multa exempla expressam imaginem talium orgiorum privatorum habes apud Liv. XXXIX. 8.

2) Ex his indicasse sufficiat, K. F. Hermann, Lehrb. d. Gottesd. Alterth. § 56-58 et alibi.

fuerint, quomodo scena fuerit constructa, neque ad choros comicos, tragicos, satyricos, personas, vestes ceteraque id genus, quae in quaque historia litteraria facile reperiuntur 1).

Quod ad argumentum attinet, aliam quam tragoedia viam secuta est comoedia. Illa vulgaria spernens ex antiquis mythis deorum et heroum depromsit sua argumenta; grandia et sublimia sectans, aerumnas humanas, casus funestos regum graviter depinxit, animos dulci trititia percivit. Longe aliter comoedia. Res praesentes tam privatae quam publicae, populi acta et mores, viri principes, belli duces, magistratus, demagogi, porro poetae, philosophi, artifices, homines vel ambitione aut vitiis vel virtutibus et meritis omnium oculos in se trahentes, amplam materiem jocandi, cavillandi, ludendi malitiosae praebuerunt Musae, quae ne diis quidem nec sacris pepercit. Eo igitur comoedia maxime a tragoedia distinguitur, quod vitia humana facete persequens, hilari et jocosu vultu et socco induta procedit, dum moerens soror cothurno incedens, labores heroum exhibens, dulces fundit lacrimas.

Mansit haec distinctio; etiam nos eodem fere modo dignoscimus ambas quo veteres. Quid vero interest inter comoediam et drama satyricum, quod item jocosum et lascivum?

Ad hoc declarandum animadvertendum est ab origine in tragoedia gravibus et seriis mixta fuisse ridicula et

1) Conf. in primis G. H. Bode, Geschichte der dramatischen Dichtkunst der Hellenen, Leipz., 1839-40.

jocosa quaedam 1). Quod tamen non diu placuit et tragoediam graviorem et magisaequabilem reddere, se junctis ridiculis, institutum est. Sic bipartita facta est tragoedia: altera pars, propria hoc nomine appellata, seria et gravis; altera, adsumto levium satyrorum choro, hilaria et jocosa proponens. Quod ludicrum, drama satyricum dictum, quasi appendix tragoediae fuit et natura sua a comoedia diversum est: quae diversitas qualis fuerit patet ex Anecd. Gr. Cramerii 2), quo loco de singulis scenae partibus agitur. Ἴδιον δὲ κωμῳδίας μὲν τὸ μεμιγμένον ἔχειν τοῖς σκώμμασι γέλωτα, τραγωδίας δὲ πένθη καὶ συμφορὰς, σατυρικῆς δὲ οὐ τὸ ἀπὸ πένθους εἰς χάραν ἀπαντᾶν, ὡς ὁ Εὐριπίδου Ὀρέστης [καὶ Ἀλκνηστεις, καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἡλέκτρα ἐκ μέρους, ὥσπερ τινὲς φασίν, ἀλλ' ἀμειγρὴ καὶ χαριέντα καὶ θυμικὸν ἔχει γέλωτα. Deinde descripto *Syllei* argumento, dramatis Satyrici Euripidis, additur: Τέλος δὲ τραγωδίας μὲν λύειν τὸν βίον, κωμῳδίας δὲ συνιστᾶν αὐτὸν, σατυρικῆς δὲ τὸ τοῖς θυμικαῖς χαριεντισμοῖς καθιδύμεν αὐτὸν.

Ceterum drama Satyricum, quod

agrestes Satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, 3)

prorsus moribus antiquis accommodatum, cum Satyrorum choris et procaci saltatione a recentioribus omissum est, et paucae tantum reliquiae hujus ludi generis effigiem nobis ostendunt: quare hujus discrimine a reliquis dramaticae poesis formis indicato, ad comoediam revertamur.

1) Aristot. de Art. Poet. Cap. IV: διὰ τὸ ἐκ Σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὄψ' ἀπεσεμνώθη.

2) Vol. I. pag. 7. 24.

3) Horat. Art. Poet. vs. 220.

Notum est, comoediam dividi in veterem, median et novam, quarum prior e phallicis choris et festis Dionysi sacris nata, non potuit non horum redolere protervitatem. Cito igitur ad summam audaciam ac temeritatem processit, ejus rei nobis auctor est Horatius Sat. I, 4, princ. his verbis :

»Si quis erat dignus describi, quod malus aut fur
Quod moechus foret aut sicarius aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.»

cujus comoediae principes ab eodem commemorantur

»Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est.»

Similiter hujus comoediae libertatem egregie expressit Boileau : 1)

Des succès fortunés du spectacle tragique
Dans Athènes naquit la comédie antique,
Là, le Grec né moqueur par mille traits plaisans,
Distilla le venin de ses traits méprisans. . . .
Aux accès insolens d'une bouffonne joie,
La sagesse, l'esprit, l'honneur furent en proie,
On vit par le public un poète avoué,
S'enrichir aux dépens du mérite joué :
Et Socrate par lui, dans un cœur de nuées,
D'un vil amas de peuple attirer les huées.

Spectat ad Aristophanis *Νεφέλας*, qua fabula unicus ille virtutis et sapientiae doctor maximopere est depressus, si scilicet virtus calumnia deprimi potest. Attamen noli credere hanc comoediam in unum hunc philosophum esse compositam, qui viginti quinque annis

2) L'Art Poétique. Chant III.

post ultimo supplicio est affectus; potius hoc consilium videtur Aristophanis fuisse, ut castigaret sophistas eorumque artem perniciosam, juvenes corruptentem et deorum religionem evertentem. Illud tamen jure reprehendendum, quod horum partes in Socratem transtulit; etenim Socrates germanus fuit φιλοσόφος tam doctrina quam vita, neque sophistis adscribi meritus; contra si forte Hippiam vel Thrasymachum vel alium quendam arctalogum hujus notae lusisset, eundem certe laudaremus quem nunc reprehendimus.

Igitur tota illa audax comoedia a pluribus improbari solet; ideo nec mirandum, quod magistratus Athenarum tali libertati, sub ipsa democratia intolerabili, frena indiderit. Verumenimvero auctoritas publica poetarum ludibriis labe factata, voluptatis illecebrae ob omnium oculos positae, dii et homines turpi habitu et vultu in scenam producti, calumnia denique pro virtute habita: talia profecto civitati non poterant non nocere, et si ab eo tempore mores Atheniensium magis magisque corrupti statusque reipublicae concussus est, haud parum eo contulit scena, quae talia exempla spectanda praebuit. Recte igitur E. de Langsdorff. 1): La comédie antique, c'est à la fois un libelle, une caricature et une dénonciation." Neque multo post pergit: » Le poète comique (à Athènes) n'était point un homme privé, traduisant sur la scène quelque travers ou quelque ridicule particulier; c'était un homme public, un orateur

1) Conf. *Revue des deux Mondes*, T. II. 10. XV Maii pag. 611: La comédie politique à Athènes et à Paris.

politique, continuant sur le théâtre la lutte engagée sur l'ἄγορα, poursuivant ses ennemis avec des armes plus mortelles que celles de la tribune, les livrant aux sarcasmes de la foule, aux implacables tortures de la risée publique: supplice sans nom auquel les sociétés démocratiques condamnent avec une indifférence égale tantôt le génie et la vertu, tantôt le crime et le vice, en sorte que, je ne sais quelle contagion s'étendant à des victimes si différentes, la vertu la plus pure en est ternie. Il faut des siècles et la justice de la postérité pour que toutes choses soient remises à leur vraie lumière, etc. Et jam antea Camille Desmoulin in ephemeride *le vieux Cordelier* praedicaverat. » Lis Aristophane, qui faisait des comédies il y a trois mille ans, et tu seras étonné de l'étrange ressemblance d'Athènes et de la France démocrate; tu y trouveras un père Duchesne comme à Paris, les bonnets rouges, les *ci-devant*, les orateurs, les magistrats, les motions et les séances absolument comme les nôtres; tu y trouveras les principaux personnages du jour, en un mot, une antiquité de mille ans, dont nous sommes contemporains." Itaque quamvis attica elegantia, ingenio, acumine, quin etiam patriae amore Aristophanes sit *καὶ ἐξοχὴν* comoediae poeta, quamvis Cleonem, Hyperbolum, alios perniciosos cives, immo populum ipsum haud injuria libere et merito carpsit, quamvis etiam multa, quae displicent moribus nostris, non ad mores Atheniensium transferri possint; videntur tamen fabularum ejus vitia non esse compensata aequè magnis utilitatibus, atque de fabulis ejus *vere*, credo, contendere possumus, quaedam esse bona pluribus mixta malis.

Saepius quidem principes viri, Pericles, Alcibiades, aliive ab optimatibus subornati, ante et post expeditionem Siculam, hanc insolentiam lege frenare tentaverant. 1) Frustra. Hoc octoginta annis post demum obtinuerunt, quum Athenis captis ipsa democratia repressa est. Anno 404 a. C. auctore Lamacho, uno triginta tyrannorum, res praesentes et personas manifestas in scenam inducere et parabasi, qua potissimum poeta adversarios vexabat, uti vetitum est. Tunc igitur, partim etiam propter afflictas post bellum Peloponnesiacum Athenarum res, quum pauci *χόραγοι* 2) impensis choro faciundis pares erant, evanuit chorus sive, ut Horatius disit,

turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Exstitit igitur *media* quae dicitur *Comoedia*, in qua vetitum fuit τὸ ὀνομαστικὸν κωμωδεῖν, quod tamen ne nunc quidem plane desiit, uti patet ex argumentorum titulis ac nonnullarum fragmentis fabularum 3). Haec spectatores tenere tentabat parodia scriptorum quorundam et poetarum praecipue tragicorum, item ludibriis mortuorum, quum vivis illudere haud amplius liceret; porro convivium, amores, irae ceterique meretricii amoris furores his in fabulis repraesentabantur, uti patet ex innumeris argumentis, quibus a scortis nomina imposita sunt 4); quo minus

1) Conf. *Observationes Criticae in Platonis comici reliquiis* auctore C. G. Cobet.

2) Conf. in primis Böckh. *Staatshaush.* I. 493, sqq.

3) Conf. de his potissimum Aug. Meineke *Historia critica comicorum Graecorum* capite quo agit de comodiae mediae indole.

4) Cf. Meineke I. I. p. 276.

dolemus quod ejus parum vel nihil reliquum sit. Alexandrini duos tantum poetas ad hanc comoediam referunt, Antiphanem et Alexin, sed praeter hos classicos multi sunt alii, inter quos Anaxandridem, Eubulum, Hege-sippum Tarentinum, Nicostratum Aristophanis filium, Platonem juniorem, nominasse, sat erit. 1). Aristophanis Πλοῦτος; denuo elaboratus et absque parabasi editus etiam huic comoediae adscribi potest.

Sequitur inde ab Olymp. CX, 3. quum, pugna ad Chaeroneam facta, libertas Graccorum cecidit, *nova*, quae ad efformandam comoediam Romanam, deinde Gallicam tum etiam nostram, quam plurimum valuit. Neque enim, dum comoedia media viguit, audacia in rebus ac personis notandis prorsus compressa fuit, et ut omnis abusus tolleretur, sub dominatione Macedonica nova lege opus fuit, qua cautum, ut non nisi res et nomina ficta in scena proponerentur. Ab hoc inde tempore non amplius nisi raro argumenta a rebus vel personis publicis sumebantur, sed ad inventionem erat confugiendum, quod arti et ingenio valde profuit 2).

Diu languescens fuerat comoedia, sed non longe abhinc lactius effloruit et jucundiores induit formas, auctore praesertim Menandro, Thaliae deliciis, cui scena per-multa debet. In hac certae partes actoribus tribuuntur, catastrophe fit implicata et vere comica, castior sermo, sales urbanores aptioresque; denique talis efficta est comoedia qualis fere hodie conspicitur.

1) Omnium comicorum collegerunt et ediderunt fragmenta Hertel, Grotius et Boissonade.

2) Conf. Meineke II. p. 436.

Hac comoedia deinde etiam veteres magis delectati sunt. Quintilianus de Menandro loquens sic iudicat: »qui vel unus, ait, meo quidem iudicio, diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit; tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas; ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. 1).

Praeter Quintilianum multos alios habuit Menander artis suae praecones, inter quos Dionem Chrysostomum et Ovidium, qui de eo sic canit:

»Dum fallax servus, durus pater, improba lena
Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit 2).»

Quamquam autem in describenda consuetudine meretricia nequaquam sibi displicuerunt hujus comoediae poetae, frequentius tamen amatoria fabularum argumenta ab ingenuarum puellarum et atticarum civium amoribus duxerunt. Quare pluris certe iactura harum fabellarum facienda 3).

Accidit nempe Menandro quod ceteris novae comoediae auctoribus, Apollodoro, Philippidi, Diphilo, aliis, quorum omnium scriptis fata inviderunt. Manserunt tamen hujus comoediae monumenta, non a Graecis verum a Romanis ad nos tradita, qui quidem exempla Graeca Latine verterunt.

Sic breviter considerata comoedia Graeca ejusque origine, processum est ad Romanam, quae bello Punico

1) Instit. Orat. X, I, 69. ed Spald.

2) Amor. Lib. I, Eleg. 45 v. 17.

3) Fragmenta servarunt potissimum Athenaeus, Stobaeus, Lexicographi et Grammatici.

secundo pullulare incepit, dum graeca sensim paulatimque obmutuit. Nam aetate Alexandrina non nisi duorum comicorum, Machonis et Aristonymi, bibliothecae Alexandrinae praefecti, mentio fit, utriusque haud magni nominis; deinde post devictam Magnam Graeciam, mox etiam Achajam, cum Graeco cultu simul Thalia Romam migravit, atque Latino ore loqui coepit.

Sed de hac in capite sequente disserendi erit locus.

DE
COMOEDIA ROMANA.

Rem si vere aestimemus, non existit comoedia proprie Latina. Romani semper imitati Graecos rarissime tantum in scenam personas romanas inducere; loca, tempora, mores, omnia ad normam Graecam aptata sunt; nihil fere in scena latinum nisi sermo.

Mirandum sane inter viginti fabulas Plauti et sex Terentii ne unicam quidem reperiri argumenti Romani: quod ut declaretur, res altius repetenda.

Notum est, gentem Romanam tempore demum belli Punici secundi litterarum dulcedine esse captam, nempe postquam Magna Graecia et Siciliae oppidis, in quibus Hierones et Dionysii Musarum patronos se praestiterunt, potita est. Mox dramaticae artis primi auctores Accius et Pacuvius se ad Graecam normam conformantes, in omnibus fere vestigia presserunt Graeca. Hos ceteri secuti sunt et cuique palam est, quam contagiosum exemplum

sit. Praeterea ut Graji ad comoediam fuere nati, ita Romani natura ab hoc poesis genere alieniores fuere. Illi leves, hilares, faceti, se suaque in scena traduci facile patiebantur; Athenienses ridebant dum ipsi ab Aristophane acriter ludibrio habebantur; qui fabulas docebant ibi in magno honore, ita ut Sophocles, Antigone data, suffragiis populi praetor creatus sit. Non ita apud rerum dominos gentemque togatam. Romani, prisca praesertim, Musarum cultum ut luxum quemdam inter leviora ponebant, ut indicant verba Catonis apud Gell. XI, 2: »Poeticae artis honos non erat; si quis in ea re studebat aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur.» Etiam eorum mores, austeritatem et dignitatem praeferebant, non aequae praebuere materiam fabellis, praesertim comicis 1). Libertatem comoediae veteris non ferebant: nolebant spectaculo esse plebi, nolebant suos mores institutaque ludii vel carpi; imo ne in theatra quidem duci matronas sinebant, nisi permissu maritorum, in quorum potestate erant 2); denique scenae munera despecta servis et vilibus hominibus relinquebantur. Mercede conducti et scribebant et agebant fabulas, quamquam inter actores quidam praecleari artifices, quales tempore Cice-

1) Montesquivins in annotatione ad cap. XV libri: *Considérations sur les causes de la grandeur et de la décadence des Romains*: de eodem argumento talia refert: »Les Grecs avoient des jeux ou il étoit glorieux d'y vaincre. Or qu'un grand personnage descendit lui-même sur l'arène ou monta sur le théâtre, la gravité Romaine ne le souffroit pas. Comment un Sénateur auroit-il pu s'y résoudre, lui à qui les lois défendoient de contracter aucune alliance avec des gens que les dégoûts ou les applaudissemens même du peuple avoient flétris?»

2) Conf. Val. Max. VI. 3. 12. Suet. Aug. 44.

ronis et paulo ante v. c. Rupilius et Aesopus fuere, exstiterint, tamen artem quaestus causa exercentes, parum fuere idonei studiis liberalibus promovendis. Histriones primum ob conditionem illiberalem, deinde ob vitam infamem Romae minimi aestimabantur.

Huc spectant quae Nepos in praefatione ad Vitas dicit, reprehendit eos, »qui expertes litterarum graecarum nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt” cuius rei talia affert exempla: »Nulla Lacedaemone tam est nobilis vidua, quae non ad scenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus in tota fuit Graecia victorem Olympiae citari; in scenam vero prodire et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quae omnia apud nos partim *infamia*, partim *humilia atque ab honestate remota* ponuntur.” Quum postea, exstructo theatro lapideo Pompeji (698 U.C.), histrionalis favor magis increvit, aucta luxus et scenici apparatus admiratione (quam carpit Varro R. R. II praef. 3 his verbis: »nunc intra murum fere patresfamiliae correperunt, relictis falce et aratro, et manus movere maluerunt in theatro ac circo quam in segetibus ac vinctis”), Romani magnificentia ludorum graecorum 1), postea quoque pantomimorum magis delectabantur quam simpliciiori scena comica, sub imperatoribus fere ommissa 2).

1) Greges histrionum ex oppressa Graecia Romam transierunt, ibique ludis suis (*commissio Graecorum* Cic. Att. XVI, 5) maximum quaestum fecere.

2) Sic hodie maximam partem magis capimur et tenemur ludis, *opera's*, *balletten*, *pantomimen* dictis, (de Rozennimf, Hirta, Robert le Diable etc.); nitore scenae Italicae, (fabula *Norma*, quamvis nemo fere tantum italicum intelligat, semper spectatoribus gaudet) quam neglecta scena patria, quae talibus auspiciis nullibi locorum floret, ne crescere quidem potest.

Sed videamus de singulis comicae poesis generibus, dum ad explicandas causas, quare poetae scenici Latini, primum Graecos imitati, etiam postea plerumque horum vestigia legerint, scenaeque proprie Romana non ad unguem limata sit, passim dabitur reditus.

Ipsa divisio in comoediam palliatam (Graecam) et togatam (Romanam), quae nonnullas habet species, quarum vestigia apud Graecos haud reperias, indicat tamen sua ac propria argumenta habuisse scenam Romanam, et hoc nomine licuit Horatio populares suos laudare his verbis Art. Poet. vs 285:

» Nil intentatum nostri liquere poetae,
Nec minimum meruere decus, vestigia Graeca
Ausi deserere, et celebrare domestica facta
Vel qui praetextas vel qui docuere togatas.”

Vulgo memorantur *Trabeata* a Melisso quodam 1), *Rinthonica* a Rinthone inventa (apud Lydum ἡ ἐξωτικὴ) 2), *tunicata* vel *tabernaria* altera a tunica, infimorum vestimento, altera a taberna ex asseribus constructa nomen trahens, quod ipsius humilitatem satis notat; *planipedia* porro vel *planipedaria* etiam *ricinata* dicta, de qua est locus classicus apud Donatum I. 1, qui ludus abjectioris generis per centunculum suum nobis refert nostrum sannionem (Arlequin, Hansworst.)

1) De hoc vide Suet. Ill. Gram. 21.

2) Rhinthon Tarentinus floruit sub primis Ptolemaeis. Sua dramata hilarotragoedias vocavit, quae Plautus tragicocomoedias. De hoc Suidas v: Ρίνθων. Κομικὸς ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης Ἰλαροτραγωδίας ὅ ἐστι φλυαγογραφία. υἱὸς δὲ ἦν κερκαμείως. Quatuor tantum Rhinthonicae memorantur L. Pomponii Boeoniensis *Agamemnon suppositus*, *Marsyas*, *Novii Andromache*, *Phoenissae*. Uterque poeta contra plures Atellanas composuit.

His majoris momenti erant Atellanae, jocos et facetiis compositae, in quibus ingenui juvenes Romani partes agebant, quod alioquin absque censura vel capitis diminutione facere non audebant 1). Hae efficiebant quodammodo comoediam popularem Romanam, vel fortasse etiam vices obtinebant dramatis Graccorum satyrici, quum vulgo post vel intra argumentum exodii loco (als *nastuk*, of *tusschenstuk*) agerentur. De his locus est apud Iuvenalem, de cujus explicatione ambigunt interpretes :

»Urbicus exodio risum movet Atellanae
Gestibus Antonoes" 2).

Hoc ludicri genus Romae saepius celebrabatur, inter-
dum veteri lingua Osca compositum, teste Strabone 5 p. 233:
ἴδιον δέ τι τοῖς Ὀσκαῖς καὶ τῷ τῶν Ἀπυονίων ἔθνεϊ συμβέβηκε.
τῶν μὲν γὰρ Ὀσκιων ἐκλειοπέτων ἢ διάλεκτος μένει παρά τοῖς
Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατὰ τινα ἀγῶνα
πάτριον καὶ μιμολογεῖσθαι.

Diomedes, III, p. 487 de iisdem ludis agens : »Tertia

1) Ex Niebuhrii tamen sententia, liberales quoque homines in quasque fabulas togatas] vel praetextas sine tali animadversione probabant. Cfr. Röm. Gesch. I pag. 543. not. 1093.

2) Sat. VI, 71, ad q. l. in primis videantur C. F. Heinrich Vol. II et W. E. Weber, quorum hic contendit, Urbicum fuisse poetam parvarum fabellarum in modum antiquae *comoediae dell'arte*; ille contra censet, eandem vocem non esse nomen proprium, sed nomen artis, indicans aliquem gestus comicos in exodio exprimentem sine sermone, ergo *histrionem*; qui sermone utitur vocatur *cantor*. Deinde hunc locum refert ad pantomimum τὸν Περθέως, qui hic in exodio per parodiam ridetur, et addit non esse unicum exemplum argumenti mythici in exodiis. Collatis superioribus posterior explicatio magis arridet.

species est, inquit, fabularum Latinarum, quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, Atellanae dictae sunt, argumentis dictisque jocularibus similes satyricis fabulis Graecis." Inde dicta quoque Atellana *ludicrum Oscum*, eaque diu quidem distincta ab *Exodio*, quum in Atellana juvenus, ceterarum fabellarum actu histrionibus relicto, ut Livius ait 1), ipsa inter se more antiquo (Fescennino scilicet) ridicula intexta versibus jactitaret 2).

Neque tamen haec distinctio mansit; sub Imperatoribus *Atellana*, *ludicrum Oscum* et *exodium* tamquam vocabula synonyma usurpantur, quemadmodum eodem tempore *exodiarius* et *scurra mimicus* ejusdem significationis fiunt 3). Hand feliciores successus habuit comoedia togata, post palliatam nata. Aliquod quidem tempus viguit, dum floruerunt Afranius, Titinius, Atta, non mediocres poetae, nec tamen diu, quia tempore Augusti hinc discessum est ad ignes et delicias Maecenatis, ad Pylades et Bathyllos, Pantominos dico, qui hic facile adjunguntur.

Pantomimi cognati sunt Mimis, vel potius ex iis

1) Hist. VII. 2.

2) Hoc Indierum, ut facile intelligitur, prae libertate in effrenatam licentiam abiit: Variis, ait Tacitus Ann. IV. 14, dehinc et saepius irritis praetorum questibus, postremo Caesar de immodestia histrionum rettulit, multa ab iis in publicum seditiose, foeda per domos tentari; Oscum quondam ludicrum, levissimae apud vulgum oblectationis, eo flagitiorum et virium venisse ut auctoritate patrum coercendum sit. Pulsi tum histriones Italia.

3) *Exodium* et *mimus theatralis* eodem modo eandem rem significant; *Exodium* autem generale nomen est pro quoque ludo, qui dramati cuidam addebatur vel inter actus inserebatur. Horum jocosum breve argumentum fuit nec ad lectionem compositum; quare litteris parum profuere.

nati 1). Omnes partes in iis ad *unum* actorem referebantur, ac sub Augusto orchestris et fastu scenico ad summum splendorem eveci sunt. Hi ludi haud fuerunt a Graecis petiti, sed quasi ex indole Italorum nati, cui genti, Augustea praesertim aetate oculorum voluptati et sensuum deliciis deditae, horum ludorum gestus, ludibria et splendor mox magis placuere quam severioris et simplicioris scenae Musa. Quum igitur Tragoediae et Comoediae palliatae nihil pene loci relinqueretur, una cum Atellanis Pantomimi summa celebritate gaudebant et diutius quam cetera ludicra apud Romanos et incolas Italiae in honore fuerunt; imo hi ludi per sequentia deinceps saecula durarunt, atque una cum scurris varii generis (memorantur in populari hac scena mimica jam antiquitus certae partes *Macci*, (Arlequin) *Bucconis*, *Pappi*, *Dosenni*; porro *cinaedus*, *sannio*, *morio*, *balatro*) in universa theatra transiere. Nunc quoque ex Italia per totam Europam divulgati sunt.

Habent igitur in re scenica quod ipsi invenerunt Romani, suae naturae et indoli accommodatum. Quodsi tamen ad verae comoediae incunabula respiciamus, non apud bellicosos Quirites, sed ut ceterarum artium disciplinarumque primordia apud exteros quaerenda sunt. Operae pretium est, et facit ad nostram disputationem, enarrare, quomodo et qua occasione ludi scenici Romam introducti sint, in quo Livium sequimur auctorem. In exponenda historia scenae Medii aevi simile quid renovatum videbimus.

4) Minus, ut Fescennini joci, fuit parodia quaedam popularis Italica quibusdam diebus festis usitata, qui facile ad ludibria, non vero ad carmina lyrica, ut encomium Bacchi in Dionysiis Graecorum, viam aperuit. Postea ludi formam induit, donec Pantomimus factus est.

» C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stilone coss., tradit Livius, VII, 2, pestilentia fuit... Quum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo, (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia coelestis irae placamina instituti dicuntur. Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa *peregrina res* fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, udiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. Imitari deinde eos juvenus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, coepere, nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia *hister* Tusco verbo ludio vocabatur, nomen *histrionibus* inditum”

Animadvertamus primum, apud Romanos spectacula originem aequae atque apud Graecos sacram fuisse; deinde hos ludos fuisse *novam rem bellicoso populo, quibus Circi modo spectaculum fuerat*. En primariam causam, quare propria scena ab hac gente haud perfecta sit, cui praeterea deerant mythi et heroes patrii, quales reperimus apud Graecos, poesi aptissimi. Ingenium plebis Romanae rude callida et artificiosa compositione comoediae palliatae non aequae ac populi Attici capiebatur; spectantium animi, singulis tantum actionibus, personis vel scenis intenti, parum attendebant oeconomiam fabulae arte elaboratam; semper fere in bello occupati potius ad oculorum spectacula et castrorum imaginem advertabant quam aures mentesque ingeniorum spectaculo et versuum dulcedine delectarent. Primi illi Caecilii quid in scena quaerent in qua nec pug-

latus nec lucta nec equi? Profecto gaudia Circi, funambulos, gladiatores, naumachias, pugnas cum bestiis, haec et talia magis placuisse moribus Romanorum plane consonum.

Habemus clarum hujus rei indicium in prologo Terentii *Hecyrae*, ubi poeta causas memorat cur haec fabula non steterit, quamvis ob argumentum et oeconomiam, quae dicitur, optima esset. In hoc prologo magna arte elaborato cavere studet poeta, ne his jam exacta fabula tertio pelleretur, his verbis quae Ambivium celebrem histrionem facit praefantem :

»Cum primum agere coepi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio:
 Comitum conventus, strepitus, clamor mulieram,
 Fecere, ut ante tempus exirem foras.

Refero denuo:

Primo actu placeo, cum interim rumor venit
 Datum iri gladiatores; *populus convolat*
Tumultuante, clamant, pugnant de loco,
 Ego interea non potui tutari locum.

Ex hoc uno satis intelligimus, quanto pluris munera et funambulos fecerint Quirites quam scenam et fabulas.

Quum deinde favor litterarum magis magisque stimularetur, mores prorsus mutati non sinebant in theatrum produci Romulos, Coriolanos, Cincinnatos, Camillos, a vitae genere et cultu qualis tum erat prorsus alienos. Etenim mox post institutos ludos scenicos luxuria grassari coepit: Martialis Catonem Uticensem theatrum facit relinquentem, quum ludis

Floralibus, uti mos erat, nudae actrices in scenam prodirent 1).

Alia his accedebant: assiduae discordiae et factiones Plebis et Patriciorum 2), mutatus deorum cultus et religio, postea etiam philosophia. Ergo ubi Romana durities et acerbitas evanuerit culturaque ingeniorum laetius effloruit, amor patriae magis magisque relaxari coeptus est, discessum est ab antiquis moribus, et haud secus atque in qualibet civitate corrupta studium cultus peregrini, neglecta arte populari, praevaluit. Primordia artis scenicae, a majoribus laudata, Horatio risum movent Graecis studiis informato Plautumque sic explodenti (*Ars. Poet.* v. 271.):

»At nostri proavi Plautinos et numeros et
Laudavere sales, nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati;»

sic autem Graeca commendanti:

»Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.»

1) Mart. Epigr. I. 1 his verbis:

Nosset jocosae dulce cum sacrum Florae
Festosque lusus et licentiam vulgi,
Cur in theatrum, Cato severe, venisti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

Conf. de hac Catonis modestia populique lascivia Val. Max. II. 8. 10. Seneca *Ep.* 97.

Aliis quoque festis, ut postea Megalysiis, Palatinis, Saturnalibus etc. ludi scenici peragebantur, numquam tamen turpius quam ludis dictis Florae, quorum immodestia festis Bacchi nihil cessit.

1) Tragoedia, qualis *Virginie* nostrae aetati placet, dubium an etiam Romae inter arma civilia placere potuisset, flagrante democratiae et aristocratiae discordia.

Ipsè tamen ibidem aliam quoque causam addit, cur poesis Romana non omne punctum tulerit:

»Nec virtute foret clarisve potentius armis
 Quam lingua Latium, si non offenderet unum
 quemque poetarum limae labor et mora”

Negligebatur igitur, iudice Horatio, celebratum illud *nonum prematur in annum*, praesertim a comicis poetis, potius lucrum quam poesis laudem fabulis suis quaerentibus, numeros autum parum curantibus, quod eo magis requirebatur, quia lingua latina ipsius indole incomptior et sermoni familiari minus apta erat quam graeca. His omnibus ponderatis, cur scena Romana, in primis comoedia, parvo successu usa non ad artis perfectionem adducta sit, facile liquet. Habuit Roma Flaccum suum et Maronem, quorum ingenia Graecis equiparantur; sed scenici poetae, qualis Sophocles, qualis Menander, apud eos desiderantur. Quod quidem recensendis breviter ipsis poetis eorumque operibus etiam clarius patebit.

E causis allatis jam intelligatur, quare apud Romanos non inter graves patricos et nobiles, sed potius inter peregrinos et humiles quaerendi sint comoediae auctores. Horum primus in censum venit Livius Andronicus, captivus, natione Graecus, qui praeter nonnullas tragoedias Graecas aliquot etiam comoedias fecit vel potius Graecas latine vertit. Hujus nihil nisi quaedam fragmenta exstant 1).

Ejus aequalis habetur Cn. Naevius, olim miles gre-

1) Collegit H. Dintzer. Berol. 1835. Livius A^o 514 U. C. primam fabulam docuit.

grarius, postea dramatum scriptor, qui ausus comoediam veterem imitari, carcere et vinculis temeritatis suae mox dedit poenas 1): quo exemplo sublata comoediae est propria libertas cavillandi et carpendi vitia principum, cui rei ceteroquin corrupti patrum equitumque mores Romae aequae atque Athenis largam materiem suppeditabant.

Quum igitur poenis caveretur, ne civis Romanus in vita vel publica vel privata traduceretur a poetis, aditus fere fuit clausus poetis comicis domesticam inveniendi materiem, et jam praeclare, opinor, ab iis actum est quod vestigia Graeca secti horum simulacra retulerint. Post Naevii exemplum saltem Plauto et Terentio vix in mentem venire poterat Romanas condere fabulas; sed de his singulatim agendum.

Maccius Plautus Sarsinae, loco ignobili, natus, primum comoediis scribendis dives factus, deinde mercatura haud ita feliciter acta paullatim ad incitas redactus, mola circumagenda vitam sustentavit. Floruit arte sua maxime tempore belli Punici secundi, multasque conscripsit fabulas. Plures tamen sub illius nomine ob magnam ejus in comico genere auctoritatem circumferebantur, ita ut numerus fabularum Plautinarum ad CXXX excreverit 2), quem numerum exeunte saeculo septimo U. C. Lucius Aelius Stilo ad XXV, Varro ad XXI redegit, quarum viginti, Varronianae dictae, ad nos pervenerunt, una *Vidularia* temporis injuria perit. Has fabulas maximam partem a poetis comoediae Atticae novae, nonnullas etiam a Siculis desumpsit, inter quos potissimum nominantur

1) Conf. Gell. Noct. Att. III. 3. in fine.

2) Teste eodem Noct. Att. III. 3.

Philemon et Diphilus. Memoratur item Demophilus quidam, qui ei argumentum praebuit *Asinariae*, parum notus. Menandrum contra rarius suum fecit, fortasse quia plebis potius quam optimatum plausum captaret.

Sunt argumenta ejus fabularum erotica, in quibus miramur vim comicam, alacritatem, facilitatem, simplicem eandemque vividam rerum picturam; in sermonibus tamen multa insulsa. Ex plurimorum sententia *Prologos* primus comoediis addidit, et quod ad elocutionem attinet, linguam rudem et inconditam limavit; neque in ejus meritis minimum est quod illo praesertim auctore.

»Punico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem feram».

Vitam et scripta Plauti obiter tantum attigimus, numquam, ubi de comoedia sermo est, obliviscendi. Diversa diverso tempore de illo judicia fuere; hic sufficiat dicere, summos comoediae auctores, Boccacium, Molierium, Reynardum, Drydenium, Hooftium quoque nostrum multa ab eo mutuatos esse. Persona comica, quam effinxit in *Aulularia*, hominis avari merito laudatur; ejusdem fabulae catastrophe magis congruens cum comoedia recentiore; finis tamen corruptus videtur, nisi fortasse hac in parte ei acciderit illud: *quandoque bonus dormitat Homerus*. Molierus *Aululariam* imitatus nobili illa fabula *L'Avare*, quae in omnes fere linguas versa est, immortalem sibi comparavit gloriam. Est etiam Hooftii comoedia, *Ware Nar met de Pot*, ad idem exemplum composita: quarum fabularum nuper eruditissimus de Vries in Academica scriptione praemio coronata comparisonem instituit merito laudatam.

Plures poetae secuti sunt ejusdem *Amphitryonem*, de qua fabula ipse in prologo;

»faciam haec, proinde ut dixi, tragicocomoediam.» 1)

quia nimirum in ea dii et heroes a socio alieni in scenam prodeunt; *Mostellariam* porro Reynardus et Addisonius expresserunt, alii alias: quare nemini est infitiandum, Plautum inter Thaliae delicias fuisse. Ratione autem habitamorum, assentiendum est iis, qui prudentiam summam praecipue adolescentibus in eo legendo commendant 2).

Taceo de Caecilio Statio, liberto primum, deinde scenae addicto, cujus pauca tantum supersunt 3); item de Luscio Lavinio, Quinto Trabea, Turpilio, Iuventio, aliis, quorum scriptis fata inviderunt, ut transeam ad Publium Terentium Afrum, qui Carthagine oriundus, servilis conditionis homo, a domino Terentio Lucano senatore manumissus, inter scenae aemulos primas obtinuit, comoediam novam, Menandri praesertim, strictius etiam quam Plautus imitatus. Optimi cujusque favore florens, familiaris Laelii et Scipionis Aemiliani, linguae venustate excellens, cultiores et urbaniores reddidit sermones et actus. Quo anno natus sit aequale latet atque annus praematurae ejus mortis. Inter bellum tamen Punicum alterum et tertium vixisse pro certo est.

Facetias Plauti ubique fere sui similes et sales illos de quibus queritur Horatius, sprevit, uniformem quoque agendi rationem, ut ita dicam, in argumentis, quantum

1) Vers. 63. Nonnulli hanc comoediam Rhintonicam faciunt.

2) Conf. Ruhkopf: über die Methode den Plautus mit der studirenden Jugend zu lesen.

3) C. Cacc. Statii deperditarum fabularum fragm. ed L. Spengel Monachii 1829.

potuit, vitavit, quam tamen prorsus delere in scena, ubi sola cum scortis consuetudo permissa nec virginem ingenuam palam ambire licuit, nequivit.

Qualem autem iniit viam ut vilibus hujusmodi mulierculis momenti aliquid et decoris adderet? Fingit nimirum plerumque has esse ingenuas virgines parentibus ereptas, vel dolo aut casu venditas; in catastrophe vero earum natales deteguntur. Tali nodo usus est in *Andria* ceterisque fabulis. Facetiae ejus non indecorae; amovit pro viribus sermones impudicos; est fere modestus, politus, castus, quam tamen castitatem propter comoediae argumentum, quod in pingendis moribus meretriciis et epheborum amoribus potissimum versatur, servare ubique haud potuit. Cicero in Libone hactenus eum laudavit:

»Tu quoque, qui solus lecto sermone, *Terenti*,
 Conversum expressumque latina voce *Menandrum*
 In medio populi sedatis vocibus effers,
 Quidquid come loquens ac omnia dulcia dicens.»

Quid autem praecipue ei defuit? Illud nimirum quod notat J. Caesar in versibus, ubi eundem vocat *dimidiatum Menandrum*, his verbis:

»Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret *vis*
comica!» 1)

Imo vis comica tam in ethologia quam in inventione passim in Terentio desideratur, qui ceterum multis partibus Plauto antefendus est.

Fabularum ejus duae ab Apollodoro petitae, *Phormio* et *Hecyra*, reliquae quatuor a Menandro dicuntur. Magno successu suo tempore stetit *Eunuchus*; *Hecyra* autem

1) Apud Donatum vel Sueton. *Vit. Terentii*.

saepius exclusa, vix acta est. Quas plures scripsit fabulas, eae vel temporis injuria vel naufragio perierunt.

Jam inter veteres Terentius multos nactus est laudatores, quorum Caesarem et Ciceronem nominasse sat erit. Hic eum magni facit ob dictionis puritatem, alicubi eum *necessarium suum* vocat 1), atque in Laelio ingenue fatetur, *se Terentiano verbo libenter uti* 2), cujus rei exempla in scriptis Ciceronis tam rhetoricis quam philosophis exstant. Sed si ad summam attendimus, verum est quod Quintilianus Instit. Orat. X de comoedia Romana praedicat: »In comoedia maxime claudicamus, licet Varro dicat Musas, Aëlii Stilonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent; licet Caecilium laudibus ferant; licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur, quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent.»

Inter recentiores plures imitati sunt Terentii fabulas. Baron in theatro Gallico *Andriam* renovavit (*l'Andrienne*); Bruijs et Palaprat in fabula dicta *le Muet* ejus *Eunuchum* expresserunt; *Les fourberies de Scapin* partim habuit Moliërius ex *Phormione*; idem ex *Adelphis* multa mutuatus est in fabula *L'école des maris*. Sic plures Terentium, nullus fere umquam integram Aristophanis comoediam expressit 3); cujus rei praecipua causa, quod hic potius res, personas, mores proprios suae aetatis, ille

1) Ad Att. II. 10.

2) Cap. XXIV.

3) Racinius in fabula *Les Plaideurs* passim ante oculos habuit Aristophanis Νεφέλας.

argumentum generale, e vitae consuetudine petitum, h.e. thema reapse dramaticum, tractavit. Terentii tumulo simul obruta est comoedia palliata, cujus processum et vicissitudines nunc paucis etiam attendamus.

Actum est in priore parte hujus disputationis de pervulgata illa comoediae divisione in veterem, mediam et novam, atque de indole cuique generi maxime propria. In vetere comoedia, mordaciae plena, viri virtutibus insignes, quorum praestantiam in maxima omnium libertate et aequalitate infimus quisque aequiparare non poterat, comicorum petulantia palam exagitati et derisi, plebi Atheniensi, quae optimos aequae ac pessimos traduci in scena gaudebat, ludibrio erant ac spectaculo. Mutata res est et exstitit media vetere aliquanto modestior, sed eadem languidior, donec, hac deficiente, tandem perventum est ad comoediam Menandri, quae eadem fuit Plauti, Terentii, denique, paucis mutatis, etiam recentiorum temporum.

Jam apertum est, quatenus illa veteri praestat. Non habet argumenta mordacia, satiris similia, in privatos vel magistratus, non adsunt chori lascivi, nullae parodiae politicae, allegoriae, lusus verborum, quorum pretium aequalibus tantum aestimare licet; sed ad exprimendos animi affectus et perturbationes, ad pingendos mores, ad deridenda vitia, vario quidem tempore variata, revera tamen ubique eadem, est composita. Raro tantum, nec nisi in detrimentum humanae societatis, a recentioribus ab hac forma discessum est.

Hanc comoediam Cicero juste definivit imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis; quam definitionem si ad veterem comoediam referamus, recte,

credo, statuamus Aristophanem potius satyricum, Terentium comicum dicendum, hunc expressisse universe hominem, illum certas personas.

Quodsi picturam adspicimus, in qua expressos cernimus mores et veram effigiem naturae animique humani, certe talis imago nos movet, tenet habetque et semper habebit quo se commendet. Contra si intuemur imaginem hominis nobis ignoti, sex mille abhinc annis defuncti, mutilatam et truncatam, tali specie non aequè nos allici facile quisque fatebitur. Ad utrumque poetam hoc refer, et habebis cur, etiamsi litteras Graecas aequè calleas atque Latinas, tamen lectione poetae Romani magis tenearis quam Graeci, licet oratione scripserit tam pura, tam venusta, ut ipse Plato hujus lectione quam maxime oblectaretur; agnosces simul, quare perpetuo flourerit comoedia nova, quum dudum obmutuerit vetus.

Quod ad ipsum Aristophanem attinet, de hoc supra jam pro nostro consilio satis; neque praetermittendum, scenam ejusque indolem a reipublicae forma et moribus populi magnopere pendere; quod omnino est attendendum, ne poetae imputemus, quod potius temporis et hominibus dandum.

Quomodo differant comoedia Latina et Graeca, praesertim autem vetus et nova, quam solam Romani aemulati sunt, his summatim indicatum puto. In scenam Romanam argumenta tantum ficta inducebantur, nec chorus aderat; omissa autem parabasi, fabula in quinque actus est divisa. Ceterum praeter comoediam veterem, mediam et novam, apud Romanos memoratur etiam fabularum distinctio in *motorias*, *statarias* et *mixtas*, quod in nonnullis Terentii fabulis aperte

memoratur. Sed de hac quoque distinctione in qua-
que historia litteraria satis lucide agitur, ut item de
argumenti descriptione in *πρότασιν, ἐπίτασιν, et καταστροφὴν*,
quae ipsa nomina rem satis indicant. Addamus tantum,
Plautum in comoedia motoria, Terentium in stataria
primas tenuisse.

In brevi hac enarratione passim incidimus in Mimos,
Pantomimos, Atellanas, Exodia, quae, quia τὸ γελοῖον præ-
cipue iis propositum fuit, haud immerito ad comoediae
genus togatum referuntur. Operae pretium putabam,
de his ludis, qui diu vixerunt in scena et comoe-
diam supplantarunt, de que eorum natura, incunabulis, auc-
toribus et actoribus, accuratius quaerere. Rem autem
indagans, agnovi haud facile tractatu esse tale opus, in quo
jam elaboraverant olim Salmasius, Vossius, Ferrarius,
Calliachus, nuper Ziegler, Eichstaedt, Köpke, alii, quorum
opera nec hodie horum ludorum ratio in clara luce
posita est.

Bernardy 1) idem argumentum aggressurus: »exigua,
ait, sunt indicia historica, quae eadem ubique recurrunt,
ubi sermo est de *Togatis, Attellanis Exodiis*, ornata autem
et amplificata copia conjecturarum de ludorum illorum
incunabulis, quae tamen hodie investigare propter rerum
lacunas et temporum obscuritatem nemo potest. Utinam
tandem argumentum relinquatur, quod evidenter exile
et informe, mimimi in litteris est momenti.” Hac
animadversione eruditissimi viri a proposito sum revocatus
ludos illos acrius investigandi, haud ignarus facem
in tantis tenebris accendere me nequaquam posse.

1) *Geschichte der Römischen Litteratur*. § 73, p. 377.

Prius autem quam a comoedia veterum ad medii aevi fabulas transeam, nonnihil etiam de histrionibus addere lubet.

Memorantur apud veteres passim operae teatrales, cohors sane motoria, non tamen ad animum, sed potius ad aures plausu et strepitu movendas comparata, cujus est locus apud Tacitum, Ann. I. 16. in quo haerent interpretes, quo explicato, simul partem aliquam, ad argumentum nostrum facientem, exposuerimus.

Leguntur ibi de homine pessimo, post obitum Augusti milites corrumpente ad immodestiamque impellente, haec verba: »Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, et miscere coetus *histrionali studio* doctus. Is imperitos animos, et quaenam post Augustum militiae condicio ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die et dilapsis melioribus deterrimum quemque congregare.»

Ex his videmus, quali condicione tunc ii fuerint, qui ad farraginem theatralem referebantur, et memorabile profecto, quod omnia fere saecula, quum ars scenica sensim paulatimque rebus obscœnis esset polluta, his hominibus turpitudinis notam inusserint. Sed haec omitto. Ambigunt autem, qui fuerint hi duces theatralium operarum; alii, inter quos Muretus et Salinerius, hos regentes gregem histrionum faciunt; alii eosdem habent regentes factionem fautorum plausorumque theatralium, quales semper in spectaculis aderant, huic vel illi histrioni studentes. Quae posterior explicatio non solum verbis *miscere coetus histrionali studio doctus* melius quadrat, verum etiam, si rem, comparatis exemplis, attentius spectes, plura habet quibus probetur. Scilicet duces talium factionum, tam

in circo quam in theatro, erant levissimus quisque e faece populi, quibus lingua et pugnus ad rixas promptus, uti hoc patet e diversis locis. Praeter alios Suetonius in vita Neronis cap. XXVI horum turbas et tumultus, in quibus ipsum imperatorem signiferum theatralium operarum videmus, hoc modo describit: »Interdiu quoque clam gestatoria sella (Nero) delatus in theatrum, seditionibus pantomimorum parte proscenii superiori signifer ac spectator aderat. Et quum ad manus ventum esset lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse jecit in populum, atque etiam praetoris caput consauciavit.»

Vides quousque processerint studia histrionalia! ad rixas adeo et pugnas, quae in theatris Romanis perpetuae fuisse videntur. Hujusmodi tumultus etiam narratur apud Tacitum Ann. I. 77. »At theatri licentia, proximo prioris anno coepta, gravius tum erupit, occisis non modo e plebe sed militibus et centurione, vulnerato tribuno praetoriae cohortis, dum probra in magistratus et dissensionem vulgi prohibent. Actum de ea seditione apud patres, dicebanturque sententiae ut praetoribus *jus virgarum* in histriones esset.»

Tale jus in histriones hucusque semper fuerat. Ante Octavianum licuit aedilibus, praetoribus, consulibus, confestim histrionem virgis caedere, si magistratus vel mores laederet. Immature cavet Augustus; nam ex hoc inde tempore actores non amplius virgis, sed, quod etiam raro fiebat, carcere tantum vel exsilio mulcantur. Qua in re nimium certe indulsit Maecenati et plebi ingenioque passim timido. Etenim recte Valerius ad eandem pugnas respiciens, »theatra, inquit, urbana castra, quoniam haec

quoque saepenumero voluptatem et religionem civili sanguine, scenicorum portentorum gratia, macularunt." Quam vere hoc dictum sit, etiam saecula posteriora saepius eventu probarunt.

Has scenae operas earumque munus accurate describit Plautus in *Amphitryonis* prologo, his favoritoribus poenas imprecans talibus verbis :

»Nunc hoc me orare a vobis jussit Juppiter,
 Ut conquisitores singuli in subsellia
 Eant per totam caveam, spectatoribus :
 Si quoi fautores delegatos viderint,
 Ut his in cavea pignus capiantur togae.
 Sive qui ambissent pamlam histrionibus;
 Seu quoinquam artifici, seu per scriptas litteras,
 Sive qui ipsi ambissent, seu per internuntium,
 Sive adeo aediles perfidiose quoi duint,
 Sirempse legem jussit esse Juppiter ;
 Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.
 Virtute, dixit, vos victores vivere,
 Non ambitione, neque perfidia. Qui minus
 Eadem histrioni sit lex, quae summo viro ?
 Virtute ambire oportet, non *favoritoribus*.
 Sat habet favoritorum semper, qui recte facit :
 Si illis fides est, quibus est ea res in manu.
 Hoc quoque mihi in mandatis dedit,
 Ut conquisitores fierent histrionibus.
 Qui sibi mandassent, *delegati ut plauderent*,
 Quive, quo placeret alter, fecissent, minus,
 Eis ornamenta et corium uti conciderent."

Sed haec de operis theatralibus dicta sufficiant. Adumbrata jam breviter antiquorum comoedia, jam ad spectacula Medii aevi transeamus.

DE
SCENA MEDII Aevi.

Artem dramaticam, nostro aevo a rebus sacris alienam, imo inimicam fere, apud Christianos aeque atque apud Paganos e sacris effloruisse, historia probat; ad quod declarandum rem paullo altius repetere lubet.

Apud veteres tam Romanos quam Gracos ars mimica, saltatio, chori, orgiis et pompis adhibita, deorum honori inserviebat. Theatri spectacula erant pars sacrorum; argumenta habebant aliquid religiosi atque imaginibus ac symbolis 1) facta deorum et vires naturae proponebant. Hinc quod hi ludi dabantur praecipue iis diebus festis, quibus naturae virescentis vel marcescentis vis hominum animos religionis sensu commovebat. Quamquam postea ludendi voluptas et Bacchicus furor altiorem illum sensum

1) Huc pertinent v. c. libationes et lustrationes ante et post actam fabulam, arae Baccho et Apollini dicatae, cett.

fere obruit, tamen scena aliquod cum re divina vinculum retinuit usque ad tempora dissoluti veteris orbis.

Quum deinde Evangelium morum castitatem nuntiabat gentibus sensuum voluptate et lubricine corruptis, et continentiae symbola substituit Veneris cultui, noluit tamen nova religio affectus humanos plane enecare, noluit arti et industriae, quae in ligno et marmore, gestibus et verbis animi sensa et cogitata exprimit, nimis dura injicere frena, sed ethnicorum spectaculis formam et colorem dedit Christianum. Itaque resectis iis quae moribus et religioni obsessent, picturae, sculpturae, architecturae, musicae et cantui suus mansit honos; quin etiam ars dramatica limine novi templi non omnino exclusa est.

Cernitur hoc praecipue in ritibus Ecclesiae Orientalis, ubi jam saeculo V et VI, specie quadam dramatis utebantur ad festa celebranda Nativitatis et Epiphaniae, in quibus Magi cum stella praecipuas agebant partes. Sub Carolingis talia spectacula iisdem diebus festis in ecclesiis Occidentis exhibita sunt 1); quaeque etiam nunc die Parasceues fiunt caeremoniae, magnam similitudinem referunt dramaticae actionis. Simile quid etiam in aliis ritibus Romanis animadvertitur.

Praeter haec artis dramaticae vestigia, in cultu sacro severe semper coercenda, jam mature initia animadvertuntur religiosi cujusdam spectaculi a clericis instituti atque in ecclesiis, coeneteriis vel presbyteriis ad pietatem populi alendam exhibiti. Antiquissimum hujus generis

1) Cfr. L. G. Visscher, *Beknopte Geschiedenis der Ned. Letterkunde*. Hoofdstuk : *Rederijkers*, initio.

argumentum, e Vetere Testamento desumptum, verosimiliter auctorem habet Judaeum, nomine Ezechiel. Titulus ei est Ἐξαγωγή et tragoediae forma exitum refert Israelitarum ex Aegypto; cujus dramatis Patres ecclesiae, nominatim Eusebius, nobis servarunt reliquias 1). Alterum argumentum est mysterium quoddam *Passio* dicta (*Passio-spel*), graece Χριστός πάσχω 2), quod adscribitur Patri saeculi quarti, Gregorio Nazianzeno. Ludus hic etiam nunc Graece exstat, in quo componendo auctorem ob oculos habuisse Euripidem ipse fatetur, exemplo fortasse commotus Apollinarii Laodicensis, qui similiter dramata sacri argumenti composuisse traditur.

Principum inter dramaticos clericos locum deinde tenet Hrosvita, origine Saxonica, virgo monasterio Gandeshemensi adscripta, mulier doctissima, quae floruit saeculo decimo exeunte, imperante Othone. Inter praeceptores ejus fuit Gerberga, neptis Othonis I Imperatoris. Praeter multa pedestri oratione scripta, sex quoque scripsit comoedias adhuc servatas, quae quidem novissimo tempore magna excitarunt studia, tam in Gallia quam in Germania. Praestantissimi scriptores, Villemain, Saint-Marc-Girardin et Magnin 3), hujus monachae, quae orationis tam Graecae quam Latinae facultate valebat, in lectionibus suis accurate recordati sunt. Imitari instituit Terentium cujus rei talem reddit rationem: quia Christiani Terentio ob gratam ejus dictionem magnopere delectantur, a poeta autem qui mores

1) Cfr. *Hist. Pol. Blätter*. Sechster Band pag. 13.

2) Cfr. de hoc ludo *Geschichte der Griech. Litt.* von M. S. Friedr. Schoell. III, 72. p. 24.

3) Magnin in opere *Théâtre Européen*, vertit ejus *Callimachum*.

feminarum deperditarum describit, lectore multa discunt obscœna et luxuriosa, *ego* (refero ipsius verba) *clamor validus Gandeshemensis* nihil dubitavi, in honorem Dei atque virtutis, *eum contra juxta mei facultatem ingenioli imitari.*

Cæsar Cantu in *Historia universali* 1) T. V, p. 217, characterem ejus fabularum ita describit: » On trouve dans le *Callimaque* la première peinture de cet amour qui nous est venu du mélange du mysticisme chrétien avec l'exaltation des races barbares, et cette peinture est tracée par une religieuse à une époque bien éloignée.

» L'histoire apostolique d'Abdias 2), écrit apocryphe, raconte que, saint Jean étant à Éphèse, un païen, du nom de Callimaque, s'éprit d'amour pour Drusiane, femme d'Andronic. En apprenant que, depuis qu'elle avait été convertie par l'apôtre, elle habitait dans un tombeau, résistant à son mari et se refusant à ses caresses, Callimaque sentit redoubler l'ardeur de sa passion; mais il ne put réussir à séduire la pieuse chrétienne, et il tomba dans une désolation toujours croissante. Drusiane, profondément affligée des maux causés par ses charmes, finit par mourir. Callimaque, entraîné par sa passion, obtint, à prix d'or, de l'intendant de la maison, le cadavre de celle qu'il avait aimée; et il s'apprêtait à le souiller, lorsqu'un serpent s'élança sur lui, et le tua.

» Andronic et saint Jean, qui venaient pour prier sur

1) Ex Italia lingua in Franciscam versa ab Eugenio Aroux et Pier-silvestro Leopardi. Paris 1843.

2) Fabricius, *Codex apocryphus Novi Testamenti.*

les restes de la défunte, ne trouvent pas les clefs du tombeau : soupçonnant quelque évènement étrange, ils pénétrèrent dans l'intérieur, et, à la vue des deux cadavres, ils découvrent le crime qui a été tenté. Alors Jean s'approche de Callimaque ; et, après avoir chassé le serpent qui s'était roulé sur sa poitrine, il le ressuscite, puis il reçoit de lui la confession de sa faute, et du miracle qui l'a empêché de la consommer. Drusiane est ensuite rappelée également à la vie.

» Hroswitha a tiré de cette pieuse légende un drame dans lequel la passion, avec ses mouvements les plus vifs, est poussée par degrés jusqu'au crime ; et l'on trouve dans plusieurs de ces détails, ainsi que dans le dénouement, comme un prélude du *Romé et Juliette* de Shakspeare.

» Outre ce drame passionné, elle en a fait un allégorique, *la Foi, l'Espérance et la Charité*, et quelques-uns de dévotion, comme le *Dulcitium*, *l'Abraham*, et autres. . . .

» Dans *l'Abraham*, la simplicité naïve des scènes et des expressions approche du sublime. C'est un ermite dont la nièce Marie se voue à la pénitence, après avoir été pécheresse. Elle passe vingt ans dans le désert, puis se laisse séduire et retourne au siècle pour y vivre de nouveau parmi les prostituées. Abraham se présente à elle au bout de deux ans, sous les dehors d'un débauché et la ramène à la vertu. Elle consacre alors vingt autres années, au milieu des larmes, des jeûnes et des longues veilles, à l'expiation de son péché.

» Si l'on s'étonne qu'un pareil sujet, et les autres où règne la passion, ait été traité par une religieuse, il

doit paraître bien plus étrange que la résurrection du théâtre soit due aux pieuses inspirations d'une recluse."

Exhibitae religiosae ejusmodi comoediae fine saeculi XI mentio item fit apud Matthaeum Parisum in *Vitis Abbatum*. Acciderat ut Geoffreius quidam, Academiae Parisiensi adscriptus, postea Abbas St. Albani, in Normandiam arcesseretur ad monasterii Albanensis regendam scholam. Cum vero aliquamdiu cunctatus esset, adveniens hoc munus jam ab alio occupatum invenit. Quum interim promissam sibi scholam St. Albani exspectaret, lectiones habuit Dunestapliae, ubi composuit ludum S. Catharinae. Ad scenicum ornatum petiit ab aedituo S. Albani trabeas sacras, quas obtinuit. Ludus hic a Normanno compositus princeps fuit innumerorum aliorum, qui nomine *Miraculorum* (Miracle-plays) in Anglia scenae commissa sunt.

In biographia S. Thomae Archiepiscopi et Martyris, anno circiter 1182 composita, de Londini spectaculis haec memorata leguntur: »Londinum pro spectaculis theatralibus, pro ludis scenicis, ludos sanctiores habet, repraesentationes miraculorum a martyris editorum, vel exhibitiones *Passionum* quibus constantia martyrum celebrata est" 1).

Eodem fere tempore in Gallia a clericis exhibitum est argumentum aliquod dramaticum, cui titulus fuit *Mysterium Resurrectionis* 2).

Ab hoc vero inde tempore, quum reges et principes

1) Flügel, *Gesch. der Röm. Litteratur*, IV. 193.

2) Repetitum in opere: *Théâtre français au moyen-âge*, publié d'après les manuscrits de la bibliothèque du Roi par L. J. N. Monmerqué et Francisque Michel. Paris, 1839. p. 10.

magis magisque luxui indulgerent, civitates viribus opibusque increscerent, simul autem Musa diu in presbyteriis et claustris abdita, pedetentim foras se efferret et in publicum prodiret, non eadem mens eademque modestia remansit casto ludo. Gregorius IX Papa circiter annum 1230 damnavit pompas et ludos in ecclesiis habitos his verbis: »Fiunt ludi theatrales in ecclesia et non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur monstra larvarum, verum etiam in aliquibus festivitatibus diaconi, presbyteri ac subdiaconi infamiae suae ludibria exercere praesumunt.» Contra anno 1298, secundum Muratorium 1), Fori Julii exhibitus ludus Christi, videlicet Passio, honorifice et laudabiliter per clerum.»

Quod eo tempore hujusmodi ludos ubique fere clerici exhibuisse leguntur, ejus rei ratio erat, quod talia spectacula pro actione religiosa ducebantur, cujus vulgares histriones participes esse non licebat. Patet id ex instituto anni 1228, cujus meminerunt Ann. Angl. Burtonis: »licet histrionibus victum praebere, quod sint pauperes, nec vero quod sint histriones; nec iis licebit, eorum ludos coram abbate vel monachis aut fieri, audiri aut exhiberi.»

Dubium vero est, ludi illi Patavii et Fori Julii acti fuerintne exhibitiones revera dramaticae an mutae tantum, quales eo tempore, quo hominibus rudibus et ignaris religionis mysteria nonnunquam oculis spectanda proponebantur, in pompis sacris festisque diebus frequentari solebant.

Inciderunt in idem tempus expeditiones in terram

1) Antiq. Ital. II p. 840.

sacram susceptae. Conspicis ibi locis religione sacratis excitata et aucta fides est, et simul quasi divino instinctu alacrior vis, ingenium, facundia, in animis gentium Europaearum excitata sunt. Jam non sola regnat Musa latina, sed patria dialecto usa quaeque natio Heliconem tentare audet. Primus nobis servatus ludus lingua gallica conscriptus est *Li jus de S. Nicholai* auctore Joanne Bodiano Atrebatense 1), quo tempore expeditio S. Ludovici in Africam suscepta est.

Anno 1264 Romae sodalitium institutum est *Del Gonfalone*, referens Passionem Christi, quod postea hebdomade sacra fieri solitum. Hujus congregationis exhibitiones perdurarunt usque ad annum 1549, quo anno Papa Paulus III eas in Colosseo haberi vetuit; alibi tamen continuabantur.

Interim in Anglia celebrabantur pervulgata illa quae jam memoravimus Miracula, praesertim Eboraci festo Theophoriae magna pompa exhibita. Nec in Anglia tantum, verum etiam in patria nostra, in primis autem

1) Eundem Eichhorn in *Hist. litt.* s. II, p. 176 vocat Jean Bodel. Ludus, de quo hic sermo, repetitus est in libro: *Théâtre Français de Monmerqué et Michel*, p. 157—162, cujus analysin dedit Onésime le Roy in opere *Etudes sur les mystères et sur divers manuscrits de Gerson*. Parisiis 1837.

Porro de argumento, in quo hucusque versati sumus, comparare licet: *Ancient mysteries described by William Hone*. London 1823; *A collection of English miracle plays or Mysteries* bij William Mariott. Basel. 1838. Item: *Geschichte der Hohenstaufen und ihrer Zeit* von F. von Raumer. Neutlingen 1839; *Pez Thesaurus*, praesertim II. 3. 187; Hurter, *Geschichte Pabst Innocenz der dritten und seiner Zeitgenossen*. Hamburg 1842. Band IV p. 649, in argumento: *Dramatische Anfänge*; et alios scriptores quos passim laudavi.

in Flandria exhibitiones dramaticae e sacris litteris petitae edebantur. Regioni huic arte et mercatura florentissimae imperabant eo tempore principes Burgundici, magnifici ac sumptuosi, artium fautores. Monumentis illius aevi etiam nunc refertae sunt urbes Belgicae, et bibliothecae abundant dramatis sacris, quae *mysteria* (mystericspelen) dicebantur. Gandavii quoque et Brugis hi ludi et pompae diutissime perdurarunt, quorum etiam nunc reliquiae populi more servantur. Manserunt nempe genti Flandricae eadem fere indoles, sermo, mores, libertatis studium. Crebra ibi tunc temporis instituta sunt sodalitia ad sublevandos miseros et inopes et ad Dei laudes arte et poesi praedicandas, quorum summi artifices fuere participes. Ita e. g. anno 1229 Valentianis ordinata est congregatio dicta *Confrèrie de Notre Dame du Puy*, cujus varii feruntur ludi in honorem Matris Dei compositi, et celebrati praesertim die Assumptionis M. V. qui sodalitati erat festus dies magnae commemorationis (le jour du grand record).

Neque minus in Belgio Septentrionali ludi clerici et *mysteria* frequentata sunt. Vir Cl. L. G. Visscher in *Hist. Litt. Neerl.* complurium mentionem facit: v. c. anno 1401 Hagae Comitatus datus est ludus *Ons Heeren Verrijssenisse*. Alii alibi passim memorantur ludi, quales fuere: *De Blischappen van Maria* — *Die dood van onsen Salichmaker* — *Satans Pauwelion* — *De drie Koningen* — *De eerste der zeven Blischappen van Maria* — *Het spel van Herodes*, cett. Sed eodem tempore exhibitae quoque feruntur multae fabulae comici argumenti v. c. *De molen van Parijs* — *Het spel van Lansloot van Denemarken en die Scone Sandrijn* — *Die Buskenblazer* — *De*

Hexe, cett. inter quas plures erant immodestae atque sermone incondito 1).

Poetica haec argumenta maxima pro parte e sodalitiis Rhetoricorum, quorum ingens multitudo in Belgio inde ab initio saeculi XIV exstitit, prodierunt. Summa aemulatione diversarum urbium sodalitia concertabant, ut vel proposita poematum praemia referrent vel ornatus splendore ac sumptu excelleret. 2).

Comparare quodammodo licet haec certamina cum commissionibus quae quondam Athenis fiebant, poetarum, trilogiis, tetralogiis, aliisque carminibus in festis Dionysi certantium, quum iudices publici de praemio statuerent. Adjudicabatur autem praemium ei sodalitia, quod optimum fecisset mysterium aliumve ludum. Argumentum dramaticis vel quaestio, de qua in proximum annum certaretur, honoris causa a victore sodalitia proponebatur. Ne plura addam, ex his sodalitiis quam plurima dramata tam sacri quam profani argumenti prodiisse, inter omnes notum est.

1) Horum ludorum nonnulli dicebantur quoque *Esbattementen*, ad quod dramatici generis referas: *Het spel van Lansloot van Denemarken en die scone Sandrijn*. Praeterea memorantur *Moraliteiten* etiam dicti *spelen van Sinne in het wijs en vroed*; porro *Factien* uno actu definiti, *Exodiorum* similitudinem referentes, qui si inculti et horridi erant, vocabantur *Kluiten*, vel etiam *Zotte Kluiten*. Horum omnium ludorum *mysteria* tamen usitatissima. Conf. de his praeter laudatam cl. L. G. Visscher, *Hist: litt: Neerl. ephemerides, Belgisch Museum*, IX. 59; *Horae Belgicae*, VI. 50—125.

2) Tales congregationes, ut eae quae nostra aetate dicuntur *Handboog-schutterijen*, *Liedertafels*, *Concoursen*, *Letterkundige congressen* etc. etiam nunc a nostris moribus minime abhorrent. Diversis locis conciliabula Rhetorica (*Rederijkskamers*) reviviscunt.

Ferunt, tempore Solonis quum Thespis, vel quisquis id primum instituit, tragicorum chororum argumentum a mythis Bacchi ad alias fabulas a Dionysi cultu alienas transferret, populum id aegre ferentem iratum exclamasse: οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον! significantem scilicet, exhibitiones dramaticas ad Bacchi mysteria, unde ortae erant, referri oportere. Idem factum est medio aevo. E sacris nata erat scenica poesis, et initio modeste ac pie agebatur. Scenae vero accidit quod ceteris rebus humanis, ut tempore mutantur et in abusum deflectant. Ludi illi acti in ecclesiis et coeneteriis, nonnumquam a papa et episcopis coercendi atque palam damnandi fuerunt. Hi quoque saepe exclamarunt: οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον! haec nihil ad Deum, nihil ad sacra! Frustra; perversitas humana rebus vel sanctissimis abutitur. Jam supra in memoriam revocavimus bullam Gregorii IX papae; etiam Joannes Syrik, Archiepiscopus Ultrajectinus, anno 1293 vetuit ludos agi in locis sacris, his usus verbis: » Ook verbieden wij cenige tooneelstukken, schouwspelen of maskeraaden in de kerken of op de kerkhoven te vertoonen" 1). Ab eo inde tempore in hac regione rariores fiunt ludi in ecclesiis, frequentiores contra in plateis et campis editi. Greges histrionum, per patriam oberrantes, ductili scena passim ludos edebant, quibus avida spectaculorum multitudo cupide fruebatur 2).

1) Cfr. Kerkelijke historie en outheden der zeven vereenigde Provinciën. In 't Nederduitsch overgezet en met Aanteekeningen opgeheldert door H. V. R. Leiden: 1726. Aanteekeningen op Johannes Syrik, XL. ubi edictum illud desumsimus.

2) Imaginem morum, qui quum jam Reformatio gliscere incipiebat,

Favor ille artis scenicae iisdem temporibus scholas quoque tenuit propaedeuticas, in quibus rhetorices doctores Senecae tragoedias tamquam optimam dramata conscribendi et declamandi normam proponerant, easque auditorum memoriae mandandas curabant. Nec minus in deliciis fuit Terentius, cujus fabulae paulo post typographiam inventam lingua vernacula editae sunt hoc titulo :

Vulgaria quaedam abs Therentio in theutonicam linguam traducta.

Hanc studiosae puer menti committe libellum,

E latio ducit qui tibi theutonica.

Non insulsa quidem, nam sunt haec scripta Therente.

Quem si nosse cupis, hic tibi multa patent.

In fine libri legebantur haec: *Vulgaria Therentii in theutonicam linguam traducta. Antverpiae impressa per me Gerhardum Leeu, Anno Dⁱ 1487 2).*

Interea in Francia quoque magno luxu ludi scenici

in Belgio obtinebant, nobis paucis verbis adumbrat Renom de France, seigneur de Noyelles in opere *Histoire des causes de la désunion des Pays-Bas*, quam G. Görres in diatriba, *Beiträge zur Geschichte und Charakteristik Belgiens* germanice sic vertit :

»Selten wurden Predigten an das Volk gehalten, die Kirchen waren schlecht besucht, Sonn- und Festtage wenig beobachtet; die Sacramente der Busse und der Eucharistie selten gesucht und administrirt; das unwissende Volk gar nicht in den Glaubensartikeln unterrichtet, die Handelsstädte von Deutschen, Franzosen und Engländern erfüllt, die Schulen vernachlässigt. Dafür gab er aber eine Menge irreligiöse und sittlich verderbte *Schauspieler* — bekannt unter dem Namen der Rhetoriker — an denen das Volk grosses Vergnügen fand, so dass auch sogar manch armer Mönch oder manche Nonne an dem Spiele Theil nahm. Es schien, als ob man sich nicht vergnügen könne, ohne über Gott und die Kirche zu spotten; sprach Jemand mit Eifer davon, so ward er verachtet oder beleidigt.»

2) Panzer I. 8. Visscher II.

celebrabantur. Splendidissime quidem editi sunt Parisiis anno 1317, qua opportunitate Philippus cognomine *Formosus* tres filios solemniter equites creavit. Supra exhibebatur scena splendidissimis velis tapetibusque ornata, quae referebat coelum atque coelestia gaudia, infra conspiciebatur Satanus ejusque imperium cum suppliciis damnatorum. In terrenam oblectationem edebatur ovatio vulpis.

Eo tempore theatrum vulgo constabat tribus partibus: Coelo, Terra et Tartaro, qui proponebatur nonnumquam imagine draconis, damnatos devorantis vel evomentis. Porro ad scenicas exhibitiones in Francia usi sunt sodalitiis, de quibus infra dicturi sumus.

Antiquitus quoque in Francia ludus fuit quotannis edi solitus in honorem Aurelianensis illius virginis, quae patriam a vexationibus Anglorum vindicavit. Initio tantum erat pompa, inter quam diversa canebantur carmina, v. c. apud ecclesiam dictam *Notre dame des miracles* haecce:

» A la douce prière
Dont le roy Dieu pria,
Vint pucelle bergère,
Qui pour nous guerroya;
Par divine conduite
Anglois tant fort greva,
Que tous les mit en fuite
Et le siège leva.”

Sequente tempore etiam mysteria his adjuncta sunt, quorum volumen manuscriptum repertum est in Thesaurio Romae relicto a Christiana, docta Sueciae regina 1).

1) Cfr. *Dissertation sur quelques points curieux de l'histoire de France et de l'histoire littéraire*, par P. L. Jacob bibliophile. Paris 1839. p. 29.

Incredibilis multitudo hominum ad hos ludos conveniebat, quibus interesse sibi quisque decori ducebat. In magnis civitatibus solemniter modo cives invitabantur, ut ludi partes susciperent. Francisco I regnante, Parisiis die XVI Sept. 1540 festum tali modo indictum est. Sex tubicines cum vexillis et ornamentis regiis, porro praecones, apparitores et sagittarii civitatis, comitante ingenti turba mercatorum et optimatum, per urbem divulgabant *le cry du jeu*. Hujus rogationis, cujus in quibusdam civitatibus nundinarum tempore tenuis adhuc imago relinquitur, unum repperi pentastrophon :

» Venez Cité, Ville, Université
 Tout est cité, venez gens heroyques,
 Graves censeurs, magistras, politiques.
 Exercez vous au jeu de verité
 Représentant Actes Apostoliques”

Anno igitur 1540 in Francia hi ludi adhuc ex regis mandato et auctoritate civitatis indicebantur maximaque hominum frequentia celebrari solebant.

Jam de Italis et Hispanis videamus. Qui primus fertur apud Italos tragoedias et comoedias proprias finxisse, a ludis Christi diversas, Albertinus Mussatus fuit, Patavinus, natus anno 1261, cujus memoratur *Eccerinis*. Sex reliquorum ejus dramatum unum tantum exstat, *Mors Achillis*. Insano antiquitatis instaurandae amore ductus, saeculo XV Romae Julius Pomponius Laetus, comoedias Plauti et Terentii, item fabulas recentiores in scenam reduxit. Ferrariae quoque magnificentum fuit theatrum, in quo sumtuosissima eo tempore spectacula edebantur, quorum splendorem una exhibitio Mantuae facta, quam fabula Angeli Politiani *Orpheus* ageretur, vincere potuit. Eodem

tempore vixit Joannes Georgius Trissinus, qui inter scenicos poetas Florentinos Mediceorum aetate principem locum obtinuit edita *Sophonisbe*, quae tragoedia prima ad recentioris aetatis normam composita, diu in variis Europae regionibus exhibita est. *Simillimos* quoque scripsit, comoediam e Plauti *Menaechmeis* expressam. Optime denique de comoedia meruit hujus aequalis Marcus Musurus, qui primus edidit Aristophanem.

Attamen in Italia, quamquam haud neglecta est tragoedia, vulgo tamen magis in deliciis fuere comoedia, mimi et pantomimi, ut auctor est Cantu, cujus verba hic describere lubet : 1) »Cependant le peuple continuait à se plaire à des scènes bouffonnes et grotesques. A mesure que les dialectes nouveaux se développaient, il s'introduisait dans ces farces un personnage comique, qui s'exprimant dans le langage vulgaire du pays, représentait le caractère des différentes populations italiennes. Ainsi, Bologne avait son Docteur; Vénise, le Pantalon honnête négociant; Bergame, son joyeux Arlequin; Naples, son malin Polichinelle (Pulcinella). La face noircie, chaussés et accoutrés à la manière des paysans, ces personnages et d'autres encore, amusaient le peuple et faisaient rire aux dépens les unes des autres, les villes ennemies et rivales.»

Hujusmodi joci eximie sunt Italarum proprii, quorum scurrilitates aliquamdiu comoediam et tragoediam, ut olim sub Imperatoribus exodia et pantomimi, obscurarunt. Nunc *Pulcinella* c. s. iisdem locis in summo est honore.

Apud Hispanos Felicem Lopez de Vega et Petrum

1) César Cantu *Hist. Univ.* T. V. p. 324.

per plateas cantabant; alii, *juglares* appellati, magis decenter in ditiorum domibus recitabant carmina; alii denique, *trobadores* dicti, saltationes, versus et poemata ad numeros modulata componebant et agebant, ita ut hodiernae operae exhibitio imaginem artis horum histrionum quodammodo referat.

Apud Germanos, quantum novimus, recentiora sunt ludorum scenicorum vel potius mysteriorum initia, neque ultra annum 1322 adscendunt, quo tempore mentio fit ludi *Virginum prudentium et amentium*, ex Evangelio petiti, quod Isenaci coram Frederico Thuringiae Landgravio exhibitum est. Mysterii ejusdem argumenti latine conscripti fragmenta reperiuntur, quibus Christus personam gerens Sponsi initio fabulae ita loquens inducitur:

»Adest Sponsus qui est Christus;
Vigilate, Virgines!
Pro adventu ejus gaudent
Et gaudebunt homines.» etc.

Quae pauca jam satis indicant, dramaticas has cantilenas non ad exemplum veterum compositas, sed cantui choralis, hymnis et officiis sacris adhibito, haud dissimiles fuisse.

Edidit quoque Pez in *Thesauro* ludum paschalem *de adventu et interitu Antichristi*, quod poema latine conscriptum, in Germania tamen compositum fuisse constat, hujusque regionis instituta, mores et ingenium refert.

In Germania tamen hi ludi minus frequentes quam in ceteris Europae regionibus fuere, quamquam perdurabant adhuc quum Reformatio invalesceret. Dr. Martinus Lutherus in prooemio libri *Judith* haec dicit: »Und mag seyn, dass die Juden solche Gedichte gespielet haben, wie man bei uns die *Passion* spielt, und andere heiligen

Geschichten, damit sie ihr Volk und die Jugend lehrten, als in einem Bilde oder Spiele — Gott vertrauen, fromm seyn und alle Hülfe und Trost von Gott hoffen in allen Nothen wider alle Feinde." Idem in praefatione ad *Tobiam*: »Und ist zu vermuthen, das solch schöne Gedichte und *Spiele* bei den Juden viel gewest sind....., denn sie haben gar treffliche Leute gehabt, als Propheten, Sänger, Dichter..... Judith giebt eine gute, ernste, tapfere *Tragödie*, so gibt Tobias eine feine, liebliche, gottselige *Comedie*." Lutherus igitur tales ludos sua aetate vidit, quos etiam antiquis Judaeis attribuit; quam ejus sententiam in medio relinquimus.

Ejusdem aetatis fabula fertur Thomae Naogeorg cujusdam 1), cui titulus, *Ein christlich und ganz lustig Spiel darin des antichristlichen Pabstthums Theußliche Lehre und Wesen wundermeisterlich dargeben wird.*" Unde, quale ejus argumentum fuerit, satis liquet.

Attamen qui in Germania ubique fere interierunt ludi Christi, ii uno loco integri adhuc servantur hodieque perdurant.

Est nempe pagus in Bavaria qui dicitur *Ammergau*, felici situ. Ibi a longo inde tempore quoque decennio agebatur, ut nunc quoque agitur, *Passio* sive ludus Christi, qualis medio aevo celebrari solebat. Quum supra in tractanda scena Medii aevi, materiem et modum exhibitionis horum ludorum, strictim tantum attigerimus, placet hujus ludi imaginem hoc loco accuratius describere.

Institutus est anno 1634, simili opportunitate qua Livius narrat ludos scenicos Romam esse inductos,

1) Versa a D. Tyrolf. Zwickau S. A. 8.

nempe per pestilentiae occasionem, ad Dei pacem exposcendam. Votum autem fecerunt pii incolae, si divinum numen sui misereretur, se quotannis (postea decennale factum est), in gratam rei memoriam, Passionem Domini recolere ac publice exhibere paratos esse. Voti damnati promissis steterunt, quibus etiam nunc funguntur. Quale argumentum fuerit, apparebit ex edicto solemnī, anno 1840 (hoc enim edictum mihi ad manum est) promulgato, quod suo idiomate hic describimus 1):

BEKANNTMACHUNG.

» Mit allerhöchster Bewilligung werden zu Oberammergau, kgl. Landgerichts Werdenfels in Oberbayern,

DIE PASSIONS-VORSTELLUNGEN,

d. h. die Leidensgeschichte des Weltheilandes, auf einer offenen, und wegen des bisherigen äusserst zahlreichen Besuches bei drei- bis viertausend Menschen fassenden Bühne an *jedem* der nachbenannten Tage *stets vollständig* aufgeführt, als:

am Sonntag	den	31. Mai,
» Montag	»	8. Junius,
»	»	15. »
» Sonntag	»	28. »
»	»	12. Julius,
»	»	26. »
»	»	16. August,
»	»	23. »
» Montag	»	7. September.

1) Conf. *Die Ausburger allgemeinen Zeitung* aliaeque divulgationes in eph. passim obviae.

Nicht kann hiebei unbemerkt gelassen werden, dass in unserm schönen Ammerthale die vormalige Benedictiner-Abtei Ettal sich befindet, die vom Kaiser Ludwig dem Bayer in Folge eines frommen Gelübdes im Jahre 1330 gestiftet, wegen ihrer prachtvollen Kirche, deren Orgel sammt dem Marienbilde, einem Meisterstück der plastischen Kunst aus milchweissem orientalischen Marmor, besonders sehenswerth ist; dann dass nicht fern liegt der durch Natur und Kunstwerke erhabene Fürstensitz Hohenschwangau, von wo aus sich öffnen die schönen Thäler Tyrols von Reutte und Lermoos, dann das anmuthvolle Thal von Garmisch-Partenkircheu, begränzt von einer Reihe der lieblichsten Alpen, und beherrscht von Bayerns Riesengebirgen — dem Korwendel, Wetterstein, der Dreithor — Alp — und Zugspitz, einem der Glanzpunkte des bayerischen Hochgebirges, den Reisenden freundlich einladend, um in frommer Herzensstimmung die Macht und die Herrlichkeit Gottes in seinen grossartigen wunderschönen Schöpfungen anstaunen und lobpreisen zu können, und gekräftigt durch der Alpen reine Luft, an Geist und Körper neu gestärkt in das Heimathland zurückzukehren!

Möge ein zahlreicher Zuspruch uns beglücken; die vollste Zufriedenheit zu erlangen soll unser eifrigstes Bestreben seyn!

Ludi hujus religiosi carmen ad numeros compositum, venale erat et inscribatur:

»Das grosse Versöhnungsoffer auf Golgotha, oder die Leidens und Todesgeschichte Jesu, nach den vier Evangelisten, mit bildlichen Vorstellungen aus dem alten Bunde, zur Betrachtung und Erbauung, mit aller-

gnädigster Bewilligung vollständig aufgeführt zu Ober-Ammergau in Ober Bayern, Königl. Landgerichts Werdenfels. Musik von Dedler. Landshut, 1840. Gedruckt in der Palm'schen Buchdruckerei."

Compositio talis ludi ex his, credo, satis perspicitur: quare ne prolixiores simus quam opus est, nolimus hanc materiem diligentiori cura enucleare. Haec Passio monumentum manet scenaesacrae Medii aevi, et fortasse diu adhuc manebit.

Rem obiter tantum tetigimus, quae longiorem certe disputationem requireret, si locus et tempus sinerent. Restat ut de sodalitiis quibusdam scenae operam navantibus, verbo agamus.

Boileau in describenda theatri origine *Art. Poét.* III ea significat his versibus:

»De pèlerins dit-on une troupe grossière
En public a Paris y monta la première,
Et sottement zélée en sa simplicité
Joua les Saints, la Vierge et Dieu par piété.»

Potius autem quam ex aliis hauriam fontibus, describam quae de illa materie exposuit Caesar Cantu in opere laud. T. V p. 323 — 324, auctor locuples, cujus explicatio simul quasi peroratio sit argumenti, in quo hucusque versati sumus.

»Quand le roi de France Charles VI célébra splendidement son mariage avec Isabelle de Bavière en 1390, quelques bourgeois de Paris, qui étaient dans l'habitude de se réunir les jours de fête, s'entendirent pour donner des spectacles et des mystères. Celui de la Passion ayant plu particulièrement, ils s'intitulèrent *confrères de la Passion*. Chez les anciens, le drame était aussi

dérivé de la poésie théologique et sacerdotale; Platon 1) nous apprend qu'antérieurement à Thespis, à Phrynicius, et à la fondation d'Athènes, on représentait les mystères invisibles de Dieu et de la nature, les forces secrètes de l'univers, les puissances célestes, terrestres, infernales, en les personnifiant, en leur faisant parler le langage de l'homme, que l'on montrait en lutte avec ces puissances inexorables, et qui finissait par en triompher.

» Un fait singulier se manifeste encore dans la renaissance du théâtre: réprouvé qu'il a été par les saints Pères, comme offrant de mauvais exemples, on entreprend de le régénérer, et un théâtre grossier s'élève, qui a pour lui le concours de la foule, le privilège royal et la faveur de l'église. Celle-ci ayant uniquement égard au choix des sujets sacrés, va jusqu'à avancer l'heure des vêpres, pour laisser le champ libre aux représentations; mais, trouvant ensuite qu'il était inconvenant de traduire les choses saintes sur la scène, elle défend les mystères, puis les permet de nouveau, et finit par les prohiber entièrement.

» C'était une profanation, en effet, que ce mystère de la Passion; qui se continuait plusieurs jours, vu sa longueur, avec un spectacle pompeux et un grand nombre d'acteurs. Les quatre-vingt-sept qui débutaient le premier jour s'augmentaient les jours suivants d'anges de démons, de la foule, qui paraissaient pêle-mêle au milieu de scènes décousues, dans lesquelles l'indécence et l'immoralité prenaient souvent la place de la dévotion.

» Antérieurement à la confrérie de la Passion, existait

1) Plato vel quisquis est auctor, in *Minoe* extr.

celle de la Bazoche, formée des jeunes gens employés comme clercs chez les avocats et les procureurs au parlement. Le soin d'ordonner les cérémonies publiques leur était laissé de temps immémorial. Philippe le Bel leur donna, en 1302, des règlements, sous le nom de *royaume de la Bazoche*; tout litige s'élevant entre les clercs, greffiers et autres employés subalternes du parlement, ainsi que les actions qui leur étaient intentées, étaient jugés en dernier ressort par ce tribunal. Les Bazochiens, voyant les succès obtenus par les confrères de la Passion, conçurent la pensée d'exploiter le même genre de divertissements publics; ils donnèrent aux drames qu'ils représentèrent le nom de *moralités*, parce qu'ils choisissaient des sujets où dominait une idée morale. Ils introduisirent ensuite les pièces bouffonnes ou farces.

» Des jeunes gens de familles distinguées fondèrent une troisième confrérie, et, prenant le nom d'*Enfants sans soucy*, annoncèrent hautement leur intention de vivre en joie et de rire des folies des autres. Leur chef prenait le nom de *prince des sots*, et ils appelaient *soties* les pièces qu'ils représentaient. C'est ainsi que le théâtre, dont la liberté est l'âme, naissait au milieu des associations et des privilèges.

» Ces représentations ne firent pas cesser celles des pièces religieuses, qui se prolongèrent jusqu'au milieu du XVI. siècle, nonobstant les plus étranges anachronismes et les nombreuses inconvenances, le tout soutenu par un appareil de machines, qui charmait le vulgaire. Une fois le fait principal choisi, les confrères mettaient en scène une chose après l'autre, sans s'inquiéter de l'unité ou de l'art; et si un jour ne sufflsait pas, la

représentation continuait le lendemain et plus longtemps encore. Le mystère des Actes des apôtres dura quarante jours à Bourges, et sept mois à Paris. Les personnages étaient innombrables, et quand l'un d'eux avait cessé de parler, il s'asseyait sur l'un des bancs rangés des deux côtés de la scène.

» Cela provenait de ce que ces pièces étaient destinées au peuple, qui ne subtilise pas sur les convenances des mœurs. Or, il applaudissait quand il voyait les héros de Troie se montrer sur des échafaudages où l'on lisait: *Manisa, ville de Pélée; Salamine, ville de Télamon; Pylos, royaume de Nestor*; quand Satan restait confondu en entendant Jésus lui parler hébreu; quand Pilate s'émerveillait de recevoir d'un soldat romain une réponse en latin; quand les apôtres, dans leur incertitude, tiraient à la courte paille pour donner un successeur, à leur divin Maître. De pareilles scènes devaient répugner à coup sûr au siècle d'Érasme et de Luther; mais il n'en était pas de même dans des temps de foi naïve."

Ne longius divagemur plura afferendo de his sodalitiis, hac descriptione acquiescemus. Pervenimus jam ad ea tempora quibus ad exemplum veterum, Jodelle aliud genus fabularum in Francicum theatrum produxit. Hic tragoedias composuit *Cleopatram* et *Didonem*, comoediam *Eugenium*, quarum ipsi tituli argumenta ab antiquis desumpta indicant. Ante illum Lazarus Baïf *Electram* verterat Sophoclis et *Heecubam* Euripidis, quae tamen non magno cum favore exceptae sunt. Sodalitia dicta *Confrères de la Passion, Clercs de la Bazoche*, aliaque, post varias vicissitudines (de quibus lectu est dignissimum lexicon, cui titulus: *Dictionnaire historique des cultes*

religieux par M. de la Croix, Parisiis nuper editum) aliis loco cedunt. Pertaesus enim fuit populus tristia argumenta; misceri res serias et sacras jocis salibusque profanis haud consentaneum videbatur. Quominus tales ludi ederentur, Magistratus etiam obstitit, 1) et quum sodalitium modo memoratum, *Confrères de la Passion*, nollet descendere ad argumenta a sacris sejuncta, fortasse quia hoc sibi dedecori putabat, id gregi histrionum proprium theatrum, quo utuntur etiam nunc histriones Itali, collocavit. Insignia Passionis a fastigio veteris theatri amota sunt, atque Apollo et Musae, Thalia et Melpomene, Venus et nuda Gratiae, Paganorum dii, simul, cheu! cum Paganorum moribus, invasere. Ab illo inde tempore horum numini dicantur studia poetarum, neque igitur mirandum si scena, a Christianorum sacris abalienata, cultui ethnico consecrata, religioni modestiaeque passim inimica exstiterit atque multum contulerit ad multitudinis mores pervertendos 2). Comoedia filia sacrorum primum pudica

1) Nondum invaluerat a. 1444 auctoritas *Sorbonnae*.

2) Haud longo tempore abhinc v. c. Parisiis censura interdicta est *opera*, quae inscribatur *Jésus Christ*, in qua inducebatur Christus procus, Venere vulgari flagrans. In alia fabula nuda Bethsabe ostendebatur se in balneis lotura, dum conspicitur a rege Davide. Talia meminisse horret; quare recte, credo, *Consultum regium*, praeside J. van Lennep, ad augustum Principem talia retulit:

»Op nieuw heeft het Tooneel in Frankrijk en Duitschland thands weder de opmerkzaamheid der Regeeringen tot zich getrokken. Sints de laatste jaren door staatkundige veranderingen, door het langzamerhand uitslijten der grenzen die 't zich zag aangewezen, of door min strenge handhaving van veronderde bepalingen, meer en meer aan zichzelf overgelaten, en gedaald tot een bloote geldspekulatie in handen van partikuliere ondernemers, zijn de buitenlandsche Tooneelen de stookplaatsen geworden van oproer en burgerkrijg; leerscholen van slechte zeden en der

et verecunda, adultior pudicitiam illam et verecundiam paullatim deposuit, rebus piis relictis profanas sectata est, denique totam ferme lasciviae se dedit.

Sed properamus ad finem. Etenim saeculo XVI Jodelle, cujus jam mentionem fecimus, cum personatis sodalibus coram Henrico II in scenam prodiit. Rudia et inculta, eo auctore, quamvis ab aequalibus magnopere elata 1), fuerunt novae scenae initia. Saeculo

maatschappelijke orde vijandige begrippen. Wij stipten 't reeds aan met een enkel woord, dat de verderfelijke geest, dien de buitenlandsche Dramatische Letterkunde ademt, ook tot ons overwoei. 't Zou niet moeijelijk zijn aan te toonen, welk heilloos zaad er verborgen ligt in het meere deel der stukken, in de laatste jaren hier te lande vertoond. De bitterheid waarmee al wat rijk, wat aanzienlijk, wat eerbiedwaardig is, in de meeste voortbrengselen der buitenlandsche Dramatiek wordt verguisd of bespottelijk gemaakt; de eenzijdigheid waarmee al wat op de lagere sporten van den maatschappelijken ladder is geplaatst, wordt opgehemeld; het gedurig putten van onderwerpen uit de troebelste bronnen der laagste hartstochten, om aanschouwelijk voor te stellen wat de zedelijkheid zelfs verbiedt te bespreken, dat alles geeft ons grond om de strekking, die ons Tooneel door buitenlandschen invloed erlangd heeft eene hoogst gevaarlijke te noemen. Het schoone is verdrongen door 't lage, en ook op ons *répertoire* komen stukken voor, tot de mededeeling van wier blooten inhoud wij onze pen niet zouden durven gebruiken."

Conf: *Rapport der Commissie in dato 20 Mei 1851 door den koning benoemd, ter beraming en opgave der middelen tot het herstel van het Nationaaltooneel*. Amst. J. Noordendorp, 1851. p. 10—11.

Talia judicium probatissimorum auctorum innumera afferri possent.

1) Ronsard hujus temporis poeta, laudem Jodelle sic extollit:

»Jodelle le premier, d'une plainte hardie,
Françoisement chanta la Grecque tragédie,
Puis, en changeant de ton, chanta devant nos rois
La jeune comédie en langage François,
Et si bien les sonna, que Sophocle et Ménandre,
Tout fussent-ils savans y eussent pus apprendre.

autem sequente in scena comica regnare coepit nobilis Molierius, poeta idem et actor comoediarum, a quo nova actas artis dramaticae incipit. Nascuntur ubique theatra, et cum theatris poetae pullulant innumeri, maxima pro parte ex aerario Ludovici XIV, recentis Augusti, largis remunerati praemiis.

Sed haec perssequi ab hujus scriptionis proposito alienum est. Comoedia veterum scenaeque Medii aevi qualicumque modo adumbranda contenti, de iis quae restant in posterum agere curae erit.

I.

II.

THESES.

I.

Interest reipublicae, ut scena patria erigatur et corrigatur.

II.

»De letterkunde, die zich in de laatste jaren in Nederland schoon begon te ontwikkelen, en zich in verschillende vormen gelukkig uitte, durfde de hand niet reiken aan het Tooneel, daar zij dan alleen kon hopen, te worden aangevat, als zij met bloed bemorst was, een optoertoorts zwaaide, of het heilige verguizen en het eerbiedwaardige aanranden durfde.» Rapport der Kommissie p. 18 1).

1) Vide supra in exordio.

III.

Recte Varro verbum *obscœnum* a *scœna* derivat.

IV.

Vere comoedia a Cicerone dicitur »imago veritatis»,
in [qua populorum] mores et studia tam honesta quam
inhonesta expressa cernuntur.

V.

Laudibus poeticis Terentius Plauto antecellit.

VI.

Operas histrionales apud Tacitum Ann. I, 16 intel-
ligendos esse plausores et fautores histrionum statuo.

VII.

Ciceronis suorum jactantia meritorum, multum habet
excusationis in ipsius temporum et ætatis conditione.

VIII.

Reipublicæ Romanæ interitus magna pro parte

e nimia inaequalitate possessionum inter cives rependa est.

IX.

Probandum Maecenatis consilium, Augusto dissuadentis ne rempublicam instauraret.

X.

Quod Vercingetorix apud Caesarem Bell. Gall. VII. 29, praedicat » se unum consilium totius Galliae effecturum, cujus consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere” id vere dictum fuisse sequentia deinceps saecula probarunt.

XI.


Praecipuum Graecarum civitatum inter ipsas vinculum, sacris communibus continebatur.

XII.

Pericles frangenda Areopagi auctoritate plurimum obtulit reipublicae.

XIII.

Nimis augustis finibus litterarum disciplinam includunt, qui scripta principum ecclesiae Patrum et doctorum, ab iis excludunt.



XIII

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.